

N 39
5479 num. 28
1222,2
AB

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
RESTITVTIONE IN INTEGRVM
NVM SIT BENEFICIVM REALE
AN PERSONALE.

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DVCE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGUSTO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE, REL.
EX DECRETO ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE
LUDOVICO SCHMIDIO

IVR. DOCT. PANDECT. PROF. PVBL. ORDIN. SERENISS. DVC.
COBVRG. MEINING. CONSIL. AVL. CVR. PROV. SAX. COMM.
IVRECONS. ORDIN. ET SCABINOR. COLL. ADSESSORE

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS
ET HONORIBVS CONSEQUENDIS

D. VIII. OCT. CLOCCCLXXVII.

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

A V C T O R
IVSTVS VALENTINVS IOHANNES PHILIPPI
REGISCVRIANO WVRCEBURGENSIS.

I E N A E
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

P R I N C I P I

ADAMO FRIDERICO,

EPISCOPO BAMBERGENSI AC HERBIPO.

LENSI S. R. I. PRINCIPI, FRANCIAE

ORIENTALIS DVCI RELIQVA.

D O M I N O

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO.

170

PRINCIPALIA

ADAMO RHEBERG

HISTORICO RAMBEGENSIS AD HEERHO-

IEHN ET C. THOMAS FARNHORN

COLLECTIO LIBRARIAE

ADAMO RHEBERG

AD HEERHO

AD HEERHO

AD HEERHO

AD HEERHO

AD HEERHO

REVERENDISSIME AC CELSISSIME

S. R. I.

**P R I N C E P S
D O M I N E**

DOMINE GRATIOSISSIME!

Multi forsan insignis me arguent temerita-
tis, quod ad fulgentissimum principale solium
TVVM primitias laboris mei deponere ausus
sim, at enim hi erunt ferè, quibus inusitata

illa

illa gratia, qua musas musarumque cultores
complecteris, non satis constat, quosue latet,
à principali folio TVO immunera iamiam in
familiam meam profluxisse beneficia, quae
quidem amplissimis verbis longoque enumera-
re possem catalogo, nisi scirem, magis
TIBI, probari orationem ad moderationem
compositam. Cum autem nulla haetenus mi-
hi data fuerit occasio ad deuotissimam gratis-
simamque mentem aliquo saltem modo de-
clarandam, hinc in tesseram eius exiguae hasce
pagellas submississime **TIBI** offerre sustineo;

Acci-

Accipias itaque, REVERENDISSIME AC
CELSISSIME S. R. I. PRINCEPS DOMINE
DOMINE GRATIOSISSIME! hoc, quicquid
est, pietatis meae monumentum, neque repel-
las ad sacratissimumque solium TVVM ceu sa-
cram quandam anchoram confugientem et
foueas auctori, qui totum vitae suae tempus
in eo collocabit, vt TIBI et patriae possit esse
proficuus, quique Deum TER OPTIMVM
MAXIMVM precabitur, vt TE cum ILLV-
STRISSIMA DOMO TVA in nestoreos annos
ad maximum subditorum TVORVM solatium

confer-

conseruare laetissimosque rerum omnium successus largiri velit, ita ex intimo cordis affectu optat ac precatur

CELSITUDINI TVAE,

Ienae

D. VIII. Octobris

MDCCLXXVII.

ad cineres usque subiectissimus
IVST. VALENT. IOH. PHILIPPI
Regiscuriano Wurceburenensis.



§. I.

Occasio scribendi et quaestione significatio indicatur.



Saepissime de eo disceptatur, num beneficium restitutionis in integrum successori competat? num quoque alii cedi, nec non utrum fideiussori, socio, litis consorti eius cui competit, ex huius persona concedi possit? Hae quaestiones omnem lucem antea ex eo capere videntur, *utrum restitutio in integrum sit beneficium reale, an personale?* Discussa hac quaestione, ad priores multo facilior via patebit. Ingenue fateor, mihi omnes, quos de hac quaestione consului, non satisfecisse. Scio neminem, qui praeter ARNOLDVM VINNIVM a) hanc quaestionem sigillatim paullo maiori prae reliquis cura atque diligentia considerasset. Evidem putat hic doctissimus vir, beneficium restitutionis in integrum magis pro personali, quam reali esse habendum: aut de beneficio reali et personali eiusmodi notiones format,

A

quae

a) in *selectis iuris quaestionibus lib. 1. cap. XI.*

2

quae plane a mente eorum abhorrent qui hanc quaestione mouerunt. Ex VINNII sententia beneficium restitutio*nis* ideo non est reale, quia non datur aduersus tertium. Verum enim vero de eo hic non sermo est, utrum aduersus tertium competat, vel non, id est, utrum, tanquam remedium iuris consideratum, sit actio realis, an personalis; sed illud scire cupimus, utrum praeter laesum ex eius persona quoque alii competit, an minus? Itaque operae pretium fore existimo, si hanc quaestione*m*, eiusque ad memoratas species obuenientes accommodacionem, pro ea, quam adhuc desiderat explicatione, penitus inuestigare et perscrutari omne studium adhibeam.

S. II.

De vario verbi restituere significatu.

In primis me ostendere oportet, quid restitutio in integrum significat. Hoc ita habeas. Verbum *restituere* varie accipitur. Primum indicat *omne id alteri reddere quod eius est b)*. Sic, verbi gratia, depositarius depositum, maritus, finito matrimonio, domum restituere dicitur. Deinde idem exprimit, ac *id, quod laesionem seu damnum continet, in pristinum statum, seu eum, quem ante laesionem habuit, reducere*. Sic aedes restituere significat, aedes, in quibus damnum deprehenditur, in pristinum statum reducere c). Id quod etiam fieri potest, siue quis tollat, quod factum est, sine reponat id, quod sublatum est d). In eodem sensu verbum *restituere* sumitur, si aliquem in integrum restituere dicimus; quippe quod exprimit, aliquem ob laesionem seu damnum in pristinum statum reducere e).

S. III.

b) l. 242. §. 1. D. de verbor. signific.

c) l. 10. §. 1. D. quib. mod. vijusfr. vel vjus amit.

d) l. 2. §. 43. D. ne quid in loco publico.

e) l. 1. D. de in integr. restit.

S. III.

Definitio restitutionis in integrum huiusque species.

Quum aliquem in integrum restituere idem sit, ac aliquem ob laesionem seu damnum in pristinum statum reducere (§. antec.), statim consequens est, ut RESTITUTIO IN INTEGRVM sit alius, ob laesionem seu damnum quoddam, in pristinum statum redditio. Haec laesio seu damnum vel ex eo oritur, quod quis delictum commiserit, cuius poena ei ex mera principis indulgentia remittitur; vel aliunde obuenit, nempe ex negotio stricto iure valido, quod ex iusta caussa, auctore iudice, rescinditur. Si prius, vocatur RESTITUTIO GRATIAE f); si posterius, nomen RESTITUTIONIS IUSTITIAE accipitg). De hac nobis iam sermo est. Fieri enim potest, ut negotium stricto iure quidem sit validum, attamen aequitatis ratio non patitur, ut illud ob laesionem, in quam alter incurrit, subsistat. Quare in primis praetor, et huius ad exemplum principes, promouendae aequitatis caussa, laeso, porissimum si alia ratione sibi consulere nequeat, succurrere studuerunt, ut illi restitutionem in integrum concederent. Quae eam ob caussam quoque in CIVILEM et PRAETORIAM a doctoribus distinguitur; quorum illa ex beneficio principum, adeoque ex iure ciuili h); haec autem ex beneficio praetoris, proindeque ex iure praetorio, competit i). Itaque

A 2

que

f) Vid. tit. D. de sententiis passis et restitutis.

g) Ita si restitutio gratiae contra distinguatur illi, quae dicitur esse iustitiae, simil intelligimus, gratiam neutquam quasi excludere aequum et iustum, sed is potius huius rei sensus est, quod is, qui ex gratia restitui petit, debitum et ius praetendere nequeat, sed committere debeat superioris clementiae et fauori, utrum velit gratiam exhibere, an non. E contrario is, quo pro militat restitutio iustitiae, ius habet quaefitum in administratione iustitiae non nisi de facto auferendum. Ita optime sentit GVIL. HIER. BRUCKNERVS in diss. de restitutio in integrum ex clausula praetoris generali: si qua alia mithi iusta caussa esse videbitur, §. 12. lenae 1708.

h) Vid. l. 2. et 10. C. de rescind. vend. l. 31. D. de iure iurando l. 33. D. de re iud. l. II. D. de exceptionibus.

i) l. 5. D. de in integr. restit.

4

que RESTITUTIO IN INTEGRVM IUSTITIAE, quae etiam sub vocabulo restitutionis in integrum simpliciter posito intelligitur, est beneficium iuris subsidiariorum, quo, auctore iudice, negotium stricto iure validum, ob laesonom alicuius momenti, quae inde orta est, ex iusta causa rescinditur k).

§. III.

Beneficium iuris, quod restitutio in integrum efficit, in personale et reale dispergitur, restitutionemque in integrum esse beneficium reale, argumento quodam probatur.

Restitutio in integrum est beneficium iuris (§. antec.). Iam vero beneficium iuris personae eius, cui datur, vel ita inhaeret, ut nemini praeter eam competat, vel alius quoque ex istius persona illa vti potest. Si prius, beneficium dicitur *personale*; si posterius *reale* vocatur l). Itaque, quum haec notiones in nostra quaestione cum beneficio restitutionis in integrum coniungendae sint (§. 1.), illico quaeritur: *num beneficium restitutionis in integrum sit reale, an personale?* Et dubito, illud esse personale; contra, illud magis esse reale, sequenti argumento probari potest. Si verum est, beneficium restitutionis in integrum praeter laesum ex eius persona quoque aliis competere, sequitur, illud magis esse reale, quam personale. Atqui verum est prius. Ergo et posterius.

§. V.

Argumentum in paragraphe antecedenti iam prolatum adhuc perficitur.

Quodsi consequentiam maioris propositionis in argumen-
to modo prolati spectemus illa ex notione beneficij realis (§. 4.) statim

k) Haec omnia magis evoluuntur in illustr. praefidis *institutionibus iuris civilis* §§. 529. usque ad §. 562.
l) *I. 196. D. de reg. iur.* Quae ita se habet: *Priuilegia quadam causae*

statim fluit. Itaque ut veritatem ipsius antecedentis, nimirum beneficium restitutio*n*is in integrum praeter laesum ex eius persona quoque aliis competere, adhuc ostendam, necesse est. Eamque ita probo: Si de restitutio*n*e in integrum loquimur duplex tantum, ratione subiecti, cui competit, datur restitutio*n*. Illa est vel maiorum, vel minorum viginti quinque annis. Et quae libet vtriusque successoribus prodest. Id quod adpareret primum ex l. 6. D. de in integrum restit. Vbi: Non solum minoris, verum eorum quoque, qui reipublicae causa absuerunt, item omnium, qui ipsi potuerunt restitu*n* in integrum, successores in integrum restitu*n* possunt: et ita saepissime constitutum. Deinde speciatim illud de minoribus quoque disponitur in l. 18. §. 5. D. de minor. Vbi: Non solum autem minoribus, verum successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio*n*, et si sint ipsi maiores. Et specialissime de filiis familias in l. 3. §. 9. D. de minoribus haec verba proferuntur: Pomponius adiicit ex his causis, ex quibus in re peculiari filiis familias restituuntur, posse et patrem, quasi heredem, nomine filii, post obitum eius, impetrare cognitionem. Itaque ex hisce legibus satis constat, beneficium restitutio*n*s in integrum non inherere personae laesi, sed eius successoribus quoque competit*n*. Praeterea accedit, quod restitutio*n* in integrum fiat ob laesio*n*em (§. 3.). Quapropter non solum personae habetur ratio, sed potissimum patrimonii et honorum eius, qui laeditur m). Adeoque non potest non pertinere ad omnes, ad quos res vel negotium in quo laesio facta est, peruenit Itaque illud esse beneficium reale, omnino consequitur (§. IV.) n).

A 3

§. VI.

sae sunt, quaedam personae (id est, quaedam sunt realia, quaedam personalia: ideo quaedam ad heredem transmituntur, quae causae sunt: quae personae sunt, ad heredem non transeunt. Eodem sensu quoque pacta in personalia et realia diuiduntur l. 7. §. 8. l. 17. §. 5. l. 21. §. fin. l. 32. l. 40. pr. et §. vlt. D. de part*n*s.

m) Hodieque in praxi restitutio*n*em in integrum pro beneficio r. ali haberit, testatur BENED. CARPOZOVIVS in repon*s*is, lib. 2. re/p. 98. num 19. seqq.

n) IO. GOTTETH. SCHAVMBVRG in compend. iuris digestor. lib. 1. tit. 1. §. 13. et perillustr. HELLFELD in iurispr. for. §. 443, lenae 1771.

§. VI.

Successori ex persona laeſi beneficium restitutionis in integrum non competit, si ipſe laeſus illo vti noluerit; id quod tamen aduersa pars, contra quam restitutio petitur, probare debet.

Beneficium restitutionis in integrum non inhaeret personae laeſi, sed eius successori quoque competit (§. antec.). Attamen, quum id, quod quis amplius non habet, in alterum quoque non possit transferri, omnino etiam necesse est, vt ipſe laeſus, cui beneficium restitutionis in integrum competebat, illud ipſe non amiserit, et quidem neque ex renuntiacione, eaque vel expressa vel tacita, neque ex praescriptione. Nam, si ipſi laeſo istud beneficium nondum competit, nec successorem illo adhuc ex persona laeſi vti posſe, omnino consequens est. Quare si adpareat, quod ipſe laeſus beneficio restitutionis in integrum vti noluerit, neque successori ex persona laeſi illud competere potest o). Quae quum ita sint, simul quaeritur: *num successor probare teneatur, quod ipſe laeſus restitutione vti voluerit; an aduersa pars, contra quam restitutio petitur, probare opus habeat, ipsum laeſum iſto beneficio vti noluisse?* Et videretur, quemadmodum etiam BENED. CARPOVII p) sententia eo fere inclinat, successori probationem incumbere, quia, aliquem aliquid voluisse, in facto consistit. At enim vero, quum nemo, beneficio iuris se abdicasse, censendus sit, pro ipso laeſo quoque praeſumtio voluntatis, beneficio restitutionis in integrum vtiendi eo vsque militat, donec aduersa pars contra

o) arg. I. in. C. si aduersus dotem. Vbi foro ex persona defunctae restitutionem petere conceditur, si tempora nondum praeterierint, intra quae legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem. LAVTERBACH in colleg. theor. pract. lib. 4. tit. I. §. 16. IO. BALTH. à WERNHER in select. obseru. for. tom. 2. obj. 239. num. 4.

p) in reſponsis lib. 2. reſp. 98. num. 19. seqq. Adde 10. BRVNNEMANN ad I. in. C. num. 3. si aduersus dotem.

contra eius successorem prober, quod iose laesum hoc beneficio vii noluerit, seu quod tempora praefererint, intra quae restitutionem petere, legibus conceditur q).

§. VII.

Successori tam vniuersali, quam singulari beneficium restitutionis in integrum ex persona laesi competere, variis rationibus probatur.

Hoc si certum sit, ipsum laesum beneficium restitutionis in integrum non neglexisse (§. antec.), ideoque nullum dubium esse, quin eius successor competat (§. V.), statim ad hanc quaestione prolabimur: *de quibusnam successoribus in dulis legibus (§. V.) sermo fit, quibus ex persona laesi beneficium restitutionis in integrum prudet?* Etenim successor generatim est is, qui in locum alterius succedit. Isque est vel vniuersalis, vel singularis. Itaque quisnam successor intelligitur, vniuersalis, singularis, aut uterque? Interpretes propemodum vnanimi consensu successorem vniuersalem hic intelligunt. Huius rei rationem sine dubio ex simili allegata l. vn. C. si aduersus dotem, petendam esse volunt, vbi successoris vniuersalis sit mentio, qui ex persona defuncti restitutionem in integrum postulauit. Verum, quod et successor singulare restitutio in integrum ex persona laesi sui auctoris, competat, omnino opinor. Rationes meae sunt, quod *primum* ex hac lege vna Codicis eius exclusio non adpareat. Noto quoque notius est, vnius positionem non esse alterius exclusionem. *Deinde* leges supra §. V. memoratae in iste de successoribus loquuntur. Iam vero deficit lex, quae successores singulares excludat. Deficit quoque

q) Tempus intra quod restitutio petenda, iure veteri era*it* annus §. 5. *I. de actionibus*; postea ratione dolii biennium *l. vlt. C. de dolo male* iure nouo autem in omnibus causis est quadriennium continuum, *l. vlt. C. de temp. in integr. restit.*, a die remoti impedimenti numerandum, *d. l. vlt.*



quoque solida diuersitatis ratio, quare successori singulari non idem tribuendum sit, quod vniuersali heic conceditur. Vniuersalis successor non aliter isto beneficio vtitur, quam ob laesionem ex persona laesi. Successor singularis idem intendit. Vbi igitur diuersitas? Nullibi vlla. Quare, ni fallor, recte sequitur, lege non distingente, nec nos distingui debere. Supra memoratae leges (§. V.) non distinguunt. Ergo nec nos inter illos distingui debemus. Postremo dantur quoque leges, quae et successores singulares ex persona laesi ad restitutionem in integrum admittunt r). Itaque successori tam vniuersali, quam singulari beneficium restitutionis in integrum ex persona laesi tribuendum est s), adeo, ut illis prodeesse debeat, tametsi ex sua persona id beneficium non habeant t); quoniam illo non ex sua persona, sed ex persona laesi ob laesionem vti desiderant (§. V. in fine).

§. VIII.

r) Huc spectat l. 24. pr. D. de minor. Vbi minor, qui negotiis maioriis interuenit et actione negotiorum gestorum ab hoc conuentus est, aduersus hanc actionem non restituuntur, sed compellendus est, sic ei cedere auxilium in integrum restitutiois, ut procuratorem cum in rem suam faciat; ut possit per hunc modum damnum sibi propter minorum contingens resarcire. Adde l. 20. §. 1. D. de tutelae et rat. disirah.

s) Id quod etiam GEOR. BEYERVS in positionibus ad Pandectas lib. 4. tit. 1. pos. 24. ita confirmat: *Heredibus laesi restitutio semper competit ex persona defuncti intra legitimum tempus, imo et successoribus singularibus i. e. qui rem acceperunt ex contractu vel ex obligacione legali vel ex compensatione, damni delicto dati, vel ex legato aut fideicomissio singulari!* Adtipulantr LAVTERBACH in colleg. theor. pratt. lib. 4. tit. 1. §. 16. et IO. BALTH. a WERNHER in select. obser. forens. tom. 2. obj. 239.

t) Quare in l. 18. §. 5. D. de minor. ab VLPIANO dicitur: *Non solum autem minoribus, verum successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, eti sunt ipsi maiores.* Hoc quoque quadam successorem vniuersalem responso quodam illustrat AVG. a LEYSER in meditat. ad Pand. spec. 57. med. 6.

§. VIII.

Beneficium restitutionis in integrum aliis cedi potest, et cum ipsa quoque re, in qua laesio facta est, successori cessum praesumitur.

His explicatis, quæctiones, quarum supra (§. I.) mentionem feci, adhuc vñterius persequamur, vt adpareat, quatenus principia hactenus stabilita ad illas accommodari possint. Itaque quæritur: *num beneficium restitutionis in integrum aliis quoque cedi possit?* Id quod adfirmare non dubito. Est enim restitutio in integrum beneficium reale (§. IV. V.); ideoque is, qui laesus est, illud aliis cedere non prohibetur. Nam quicquid in bonis nostris est, seu ad nos pertinet, ita vt personæ nostræ non inhaereat, illud quoque in alios transferri, seu quod idem est, aliis cedi potest. Iam vero beneficium restitutionis in integrum est in bonis nostris u), ita, vt personæ nostræ non inhaereat (§. V.). Ergo beneficium restitutionis in integrum aliis quoque cedi potest x). Quin *beneficium restitutionis in integrum cum ipsa re, in qua laesio facta est, successori quoque cessum praesumitur.* Naturae enim restitutio in integrum conuenit, vt res potius, quam persona restituatur; adeoque vt restitutio in integrum ad omnes pertineat, ad quos res vel negotiorum, in quo laesio facta est, peruenit (§. V. in fin.); praesertim cum ipse laetus illa se abdicare voluisse haud censendus sit (§. VI.). Quare si quis rem, in qua laesus est, et ob quam ei restitutio in integrum competit, in alterum, illam veluti vendendo, donando, legando, transferat, cum ipsa quoque re, restitutio

vt

u) l. 49. D. de verbis. signif. Vbi: Aequi bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, nam haec omnia in bonis esse (i. e. ad rō nostrum pertinere) videntur.

x) Sic quoque statuunt SFORTIA ODDVS in tr. de restitutione in integrum, par. 1. qu. 49. num. 22. IO. BRYNNEMANN in tr. de cessione actionum, cap. 4. num. 71. SAM. STRYK in diff. de iuribus et actionibus non cessibilibus, cap. 5. §. 4.

B

ut ius cessum in successorem transit, ita ut alienans laesus ex dispositione iuris omne ius transtulisse intelligatur, quod habebat ad rem ipsam, licet hoc speciali iure sibi competebat. Sic, si minor rem suam perperam obligasset, vel ex imprudentia seruitutem rei suae imposuisset, deinde illam vendidisset, vel donasset alteri, nihil impedit, quo minus emtor vel donatarius aduersus illam obligationem vel seruitutem in integrum restitutionem ex persona minoris impetreret. Et quidem non eam ob caussam, quod restitutio inhaeserit ipsi rei, ut ius reale; sed quia cum ipsa re minor ius sibi specialiter debitum ad rem cessisse videtur y).

§. VIII.

Etsi beneficium restitutionis in integrum aliis cedi potest, tamen, ut hoc fiat, non semper necesse est.

Beneficium restitutionis in integrum aliis cedi potest (§. antec.). Ex hoc autem neutiquam inferendum est, quod cedi etiam debeat. Hoc, quando necesse sit, si quaeratur, multum refert, *utrum* negotium principale, cuius caussa a laeso cessio beneficii exigitur, ita sit comparatuin, ut ex eo cessione exigenti iam sit obligatus; *nec ne*. Si prius, adhuc spectandum est, *utrum* is, qui cessionem beneficii restitutionis in integrum vrget, recusata cessione, damnum sine sua culpa sentiat; *an* ipse in illud ex sua culpa incurrat. In priori casu cessio fieri deberet, et quidem vi obligationis, quea ex isto negotio oritur, in quo laesus ei obstrictus est. Heic eo magis obtinet aequitas: quod tibi non nocet, alteri vero prodest, ad id invitus potes compelli z). In posteriori autem casu cessio beneficii

cii

y) Consentit AVG, BENED, CARPOV in *diff. de restitutione in integrum minorum* §. 22. Lipsiae 1675.

z) Dantur plures casus, vbi cessio est necessitatis. Largiter illos in vnum congregavit, IO. BRVNNEMANVS in *d. tr. de cessione actionum* cap. 3.

cii restitutionis in integrum exigi nequit. Firmiter ei tunc obstat, damnum quod quis sua ipsius culpa sentit, ipse ferre deberet.

§. X.

Ea, quae modo dicta et probata sunt, exemplo quodam illustrantur.

Sic, ut rem exemplo quodam illustremus, fingamus, minorem negotia maioris cuiusdam gessisse. Et negari nequit, minorem eo ipso conditionem suam deteriorem reddidisse, quia et iis, cum quibus negotii suscepit causa contraxit, et domino, cuius negotia gessit, obligatur. Enim vero competit ei tam contra illos, quam contra hunc, qui eum ex negotio gesto actione directa conuenire potest, restitutio in integrum ^{a)}. Iam sumamus, domino negotium gestum esse damnosum, et quaeritur: *num dominus, si minor restitutionem contra eos, cum quibus negotii causa contraxit, restitutionem petere recusat, a minore istius cessionem postulare possit?* Et interest, *num minor negotiis domini sua sponte, an ex huic mandato interuenerit.* Si prius, cessio beneficii restitutio in integrum est necessaria. Nam dominus ob gestum minoris sine sua culpa versatur in damno. Competit ei contra minorem actio negotiorum gestorum directa, aduersus quam minor non restituitur, sed compellendus est sic domino cedere auxilium in integrum restitutio, vt procuratorem eum in rem suam faciat, vt possit per hunc modum damnum sibi propter minorem contingens resarcire ^{b)}. Et quare? Nonne ideo, quia dominus, reculata cessione, damnum sine sua culpa sentirer intuitu negotii, ex quo minor ei iam obligatus est? Si vero posterius spectemus, *vbi dominus minori negotium mandauit*; domino non datur restitutio in integrum, quamvis minor illud cedere

^{a)} I. 44. D. de minoribus.

^{b)} Ita etiam expresse sancitum est in l. 24. pr. D. de minoribus.

cedere velit. Quamobrem? Quia dominus in damnum ex sua ipsius culpa incurrit. Sibi imputare debet, quod minori, qui facile ex imbecillitate iudicii labi potest, negotia sua commiserit. Domini culpa tertio damnum inferre nequit e).

§. XI.

Continuatio paragraphi noni.

Quodsi adhuc eum casum spectemus, *vbi negotium principale, cuius causa laeso cesso beneficii restitutionis in integrum exigitur, ita sit comparatum, ut ex eo cessionem exigenti non sit obligatus* (§. IX.), vtique interest, *utrum negotium ad ipsum laesum ita pertineat, vt is eius causa non contra eum, a quo laesus est, restitutionem petere, sed contra ipsum cessionem virginem, propter eius culpm, ad laesionem reparandam agere velit, nec ne. Hic ratio cessat, quare laetus beneficium cedere oporteat. Tunc regulam seruandam esse videtur: meum quod est, sine voluntate mea meum esse definire nequit; ideoque cesso beneficii restitutionis in integrum liberae voluntatis esse debet. Quid? quod, si cesso etiam ex libera voluntate fiat, tamen cessionario pro ea duntaxat parte competit, quatenus cedens ex sua persona beneficio restitutionis in integrum vti poterat, quamvis ipse cessionarius sit cendentis consors. Ut ecce, duo fratres consorts, unus maior viginti quinque annis, alter minor, de hereditate quadam cum CAIO transferunt, et minori, fragilitate aetatis laeso, succurretur, proderitque ei restitutio. Iam fingamus, minorem pro alio longe utiliori commodo beneficium restitutionis in integrum fratri maiorenni legitime cedere, tamen hic frater maiorenns non totam transactionem impugnare potest, sed eatenus tantum, quatenus illud ex persona minoris, cuius iure cesso virutur, fieri licet. In reliqua autem transactionis parte, quae ad fatrem maiorennum ex sua ipsis, non minoris persona pertinet, ei cesso*

⁸⁾ Id quod etiam clare disponit l. 23. in fine D. de minoribus.

cessio beneficij nihil prodest. Id quod etiam commode ex l. vn. C. si in communi eademque causa, argumentari licet. Vbi haec verba reperiuntur. Quamvis illa (scilicer foror) minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit: vobis (intellige: maioresnibus) tamen ad communicandum editi perpetui beneficium (nempe, in utilitatem vestrae portionis) eius aetas patrocinari non potest. Quanam ex ratione? Puta, quoniam intuitu portionis maioresnium minori, nullum auxilium competit. Proinde illud nec eius caussa cedere potest; siquidem nemo plus iuris in alterum transferre potest, quam ipse habet.

§. XII.

Continuatio paragaphi antecedentis.

Praeterea, si negotium ad ipsum laesum ita pertineat, ut is eius caussa non contra eum, a quo laesus est, restitutionem petere, sed contra ipsum cessionem urgentem, propter eius culpm, agere velit (§. antec); hic, qui cessionem vrget, opposita exceptione doli, cessionem beneficij restitutionis in integrum adipisci potest. Etenim aequum est, ut is prius conueniat, qui cessionem primario reparare tenerit, alias qui contra facit, contra naturalem aequitatem aliquid perit, vbi exceptio doli locum habet d). Sic fingamus, adesse adolescentem, qui finita tutela, adfidente curatore, contra pristinum tuorem agit. Quo facto, culpa curatoris euenit, ut tutor in minorem, quam debet, quantitatatem condemnetur. Itaque minor contra curatorem actione tutelae vtili agit ad intercessione; nempe, ad praestandum id, tuorem ex eius culpa minoris condemnatum esse. Et queritur, utrum curator a minore postulare possit, ut sibi auxilium beneficij restitutionis in integrum contra tuorem mandet? Ad id VLPIANVS e) affirmando responder, arque, posse curatorem per exceptionem doli hanc cessionem consequi, di-

B 3

cit,

d) l. 12. D. de doli mali et met. except.

e) in l. 25. D. de administr. et per. tut.

cit, adeo, vt in ipsa executione, vbi contra curatorem sententia iam lata est, et minor eum actione iudicati conuenit, de cedendo beneficio restitutionis in integrum excipere possit. Quodsi in rationem huius necessariae cessionis inquiramus, ni fallor illa in eo nititur, quod negotium ipsum minorem laesum, neutquam vero curatorem, cessionem urgenter, spectet, et tutor ei primario ad laesionem reparandam obligatus sit. Quare, si ab eo suum adhuc seruare possit, iniquum esset, vt curator ei damnum praefret. Itaque, vt minor vel ipse contra tutorem auxilium restitutionis in integrum petat, vel illud curatori cedat, vt hic eo, ex eius persona, contra tutorem vti possit, necesse est. Neque minor curatori obiicere potest, eum in culpa versari, ideoque cessionem ob suam ipsius culpam defiderare non posse. Nam VLPIANVS in citata lege hanc culpam non attendit, et hoc quoque recte fieri, ipsa ratio suadere videtur, siquidem tutor huius culpae cauſa est, dum id penitus non praefstit, quod officii sui fuit. Cauſa vero cauſae est quoque cauſa cauſati. Quapropter haec culpa non curatori, sed potius tutori imputari debet. Ex quo eum lucrum confequi nefas est.

§. XIII.

Fideiussori ex persona debitoris principalis maiorenis beneficium restitutionis in integrum competit.

Pergo ad quaestionem: *vtrum fideiussori ex persona debitoris principalis beneficium restitutionis in integrum competit* (§. I.); ideoque, *vt, reficso negotio principali, et eius accessoria obligatio tollatur?* Videtur ita esse, propterea, quod beneficium restitutionis in integrum non sit personale, sed magis reale (§. IV. V.). Itaque sequi videtur, *vt, restituto reo principali, eius liberatio quoque fideiussori proficit, iuxta regulam: liberato reo principali, liberari etiam accessiones f).* At enim vero haec regula hic

f) l. 43. D. de solut. et liberat. Vbi: In omnibus speciebus liberacionum etiam accessiones liberantur.

la hic non indistincte procedit. Refert, utrum debitor principalis, qui restitutione gaudet, sit *ut* maiorenus, *vel* minorenus. *Ibi* fideiussori ex persona maiorenus auxilium beneficii restitutionis quoque competit; siquidem exceptiones, quae maiorenus ob beneficium restitutionis tunc opitulantur, verbi gratia, exceptio doli, metus cet sunt reales *g*), quibus adeo fideiussor inuitu etiam reo uti potest *h*).

§. XIII.

Quatenus fideiussori ex persona debitoris principalis minorenus beneficium restitutionis in integrum competit i).

Quodsi quaeratur, *quatenus fideiussori ex persona debitoris principalis minorenus beneficium restitutionis in integrum competit* (*§. antec.*)? videretur fideiussori restitutionem in integrum ex persona minoris plane non indulgendam esse. Idque ob sequens argumentum: *Vbi* personae conditio locum facit beneficio, ibi, deficiente ea, beneficium quoque deficit. *Atqui* beneficio restitutionis in integrum, quod minori viginte quinque annis conceditur, eius personae conditio locum facit. *Ergo* deficiente minoris persona, restitutio in integrum quoque deficit, seu extinguitur, id est, quod illa praeter minorem nemini, adeoque nec

g) 1.7. §. 1. D. de except: prae script. Vbi: Rei autem cohaerentes exceptiones etiam fideiussoribus competit: ut rei iudicatae, dolim, iurisiurandi, quod metus causa factum est.

h) 1. 19. D. de except. et prae script. Quae ita se habet: omnes exceptiones, quae reo competit, fideiussori quoque, etiam inuitu reo competit.

i) Illustris praeses in libro singulari de fideiussore plane non obligato, qui ienae anno MDCCCLXIII. prodit, hanc utilem quaestione finitimi ac plena commentatione indigere putauit. Quamobrem heic illam simul persequor. Adde quoque LVD. IVL. FRIED. HOPPE. NE. i diff. inaug. de effectu restitutio nis in integrum quoad fideiussorem. Gieslæ 1771.



nec eius fideiussori competere possit. At enim vero quod ad propositionem maiorem attinet, illa quidem est legalis, dum a PAVLO ^{k)} adseritur; sed, quum scire leges non sit verba eorum tenere, sed vim et potestatem ^{l)}; ista quoque propositio prius interpretanda et ita accipienda est: *vbi solius personae conditio locum facit beneficio, ibi, deficiente ea, beneficium quoque deficit.* Nam id beneficium personam eius, cui concessum, non egredi dicimus, quod soli eius personae datum est. Sic, verbi gratia, maritus ab uxore conuentus non condemnatur, nisi in id quod facere potest. Huic beneficio autem solius personae mariti conditio locum facit. Itaque, marito deficiente, istud beneficium quoque extinguitur ^{m)}. Plane aliter autem se habet beneficium restitutionis in integrum minoribus competet, quippe cui non sola minoris persona, sed simul eius laesio potissimum locum facit (*§. V. in fin. n)*. Quare non statim quoque sequitur, istud beneficium nemini praeter minorem competere, adeoque fideiussori plane non indulgendum esse; sed ante omnia animaduertendum est, *vtrum debitori principali minorenni ex caussa cum maiores communi, id est, ex caussa, ex qua etiam maior in integrum restituatur; an vero ex caussa personae minorennis tantum propria, nimurum ex minorenni aetate, restitutio competrat.* Si prius restitutio quoque fideiussori prodest ^{o)}. Hic enim non persona, sed res attenditur.

Sic

^{k)} in *l. 6g. D. de reg. iur.* *Vbi: In omnibus causis id obseruatur: vt, vbi personae conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficit.*

^{l)} *l. 17. D. de legibus.*

^{m)} *l. 12. et 13. D. soluto matrim.* Quae ita se habent: *Maritum in id quod facere potest, condemnari exploratum est; sed hoc heredi non esse praestandum: quia tale beneficium personale est, et cum persona extinguitur.*

ⁿ⁾ *l. 9. §. 4. D. de iureiurando.* *Vbi: nec enim utique, qui minor est, statim et circumscriptum se docuit.*

^{o)} *l. 2. C. de fideiussor. minor.* Quae ita se habet: *Si ea, quas tibi vendidit possessiones interposito decreto Praefidis, aetatis tantummodo*

do

Sic verbi gratia ex persona minoris, dolo creditoris laesi, etiam minoris fideiussor restituitur. Exceptio enim dolii est exceptio realis^p); ubi non quaeritur aduersus quem dolus sit commissus, sed an in ea re dolo malo factum sit a parte creditoris ^q). Quare ne mandator quidem hoc casu tenetur, qui alioquin, cum velut suasor et affirmator fuit, ut cum minore contraheretur, difficilius liberatur ^r). Dolus enim nemini debet patrocinari, et aequius est, aduersarium, qui dolum commisit, damnum pati, quam fideiussorem vel mandatorem, qui bona fide intercessit.

§. XV.

Sententia EMUNDI MERILLII cum eius refutatione.

Equidem EMUNDVS MERILLIVS ^s) putat, modo datam et a plurimis ^t) adprobata distincionem nullius esse momenti, et fideiussori minoris restitutionem in integrum dandam esse, siue minor

do auxilio: iuuatur: non es dubium fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui. Verum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesta iuria est, utrique personae, tam venditicis, quam fideiussoris consulendum est.

p) l. 7. §. 1. D. de except. et praescr. Vbi: Idem dicitur (nempe, quod fideiussori exceptio realis omnimodo competit) et si - quis fideiussit pro minore viginti quinque annis circumscripto,

q) l. 2. §. 2. D. de doli mali et metus exceptione.

r) l. 13. pr. D. de minor. Consentit VLR. HUBER in praelect. ad Pand. lib. 4. tit. 4. §. 5. in fine.

s) in observationibus lib. IV. cap. X. Quod ita inscribitur: An restitutio in integrum proficit fideiussori minoris. Improbata distincio, quae vulgo colligitur ex l. 7. in fin. D. de exceptionibus. Lectio Florentina defenditur, sensus noua ratione aperitur.

t) Quorum in numero quoque est ANT. PEREZ in commentar. ad tit. C. de fideiussor. minor. num. I. et GEORG. AD. STRV in syntagma. iur. civ. exerc. 12. §. 60. WOLFG. AD. LAVTERBACH in diff. de fideiussione in genere §. 30. Tubing. 1658.

C

—————

minor dolo aduersarii, sive facilitate sua deceptus fuerit. Verum enim vero quum ista distinctio ipsis legibus nitatur et rationes MERILLII non tanti ponderis, vt illam infringant, non dubito, quin illi adhuc eo vsque standum sit, donec quis nos meliora edoceat. Integra MERILLII verba cum animaduerisionibus meis, quas subiectae notae exhibebunt, heic adscribam, praesertim cum nominatum MERILLII librum non omnes possideant, et ipsa res non tam leuiter tractanda sit, quemadmodum MERILLIVS sibi persuadere videtur. Verba sunt haec: Per in integrum restitutionem minoris fideiussoribus succurritur, l. minor si *D. de procurator.* sed non semper l. 3. §. sed utrum *D. de minoribus* vulgo ex l. 7. in fin. *D. de exception.* eam distinctionem adhibent, fideiussori dari exceptionem restitutionis in integrum, si minor dolo aduersarii circumscripsit, non si facilitate sua deceptus sit: quam tamen ex eo loco haud satis liquido probari video u). Id enim vult Paulus, fideiussori minoris ante non dandam esse exceptionem, quam si minor *deceptus sit in re,* et restitutus fuerit (quae lectio Florentina retineri debet et reiici negatio). Finge enim, minorem se circumscriptum dicere, non statim danda fideiussori exceptio, sed ita demum, si minor deceptus in re sit, *in re*, hoc est, re vera, re ipsa, in rei veritate. Ita Paulus amat loqui, plus *in re est,* quam *in existimatione mentis,* l. penult. §. qui ignorauit *D. de iur. et fact. ign.* si *in re mora fuit,* l. videamus 38. in princ. *D. de usur.* plus sit *in re* quam *in existimatione,* l. 2. §. si *a pupillo D. pro emptor.* id est, *in rei veritate x).* Nec video sane vilam differentiae

x) In isto loco, nimurum l. 7. in fin. *D. de exception.* Paulus ita sentit: *Idem dicitur, et si pro filiosfamilias contra senatusconsultum quis fideiusserrit, aut pro minore viginti quinque annis circumscripto. Quod si deceptus sit in re, tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit, nec fideiussori danda est exceptio.*

z) MERILLIVS igitur putat, circa omnem minoris restitutionem intereffe, utrum re vera laesus sit. Hoc concedo. Nam minor non ideo tantum restituatur, quod minor, sed quod captus et deceptus, id est, laesus est l. 9. §. 4. *D. de iureiurando.* Nam vero duplicitate

ratione

tiae rationem, cur si minor dolo aduersarii circumscriptus sit, exceptio fideiussori prodesse debeat; non si facilitate sua deceptus lapsus fuerit; quia pariter utroque casti beneficio Praetoris minori subuenitur *I. quidam 38. D. de dol. mal. l. praefecti 17. et l. i. non omnia 44. D. de minor. y.*) Non melius probatur ea distinctio ex *l. i. et 2. C. de fideiussor. minor.* in quibus fideiussor pro minore sciens, prudensque interuenierat, et ita restituzione in integrum minori concessa iuuari non debuit. Pausus

C 2

ratione minor in re deceptus esse potest, *vel* interueniente dolo aduersarii *vel* non. Si *pruis*, minori restitutio ex causa cum maioribus communi competit, quia et his dolus aduersarii ad restituendum prodest. Si vero *posterius*, minori ob lubricum aetatis in ista laesione succurritur. Id quod in maioribus cessat; adeoque haec restitutionis causa minoribus tantum est propria. Nunc queritur: quannam restitutionis causam *PAVLVS intellexisse censendus sit, propriam, aut communem?* Et omnes cum *ACCVASIO* ad dictum locum, propriam eum intellexisse, recte putant; quia antea de exceptione restitutions loquuntur, quae fideiussori ex persona minoris circumscripsi, ideoque dolo aduersarii laeti, competit. Cui postea eum opponit, quae fideiussori ex persona minoris non competit, dum ab eo dicitur: *Quod si cet.* Itaque *PAVLVS* adsertum suum antea possum limitat. Et hanc limitationem non nisi de minore facilitate sua decepto accipi posse, statim ex eo patet, quia antithesis efficit. Pro nobis quoque facit *l. 44. D. de minor.* Vbi *VLPIANVS* ita effatur: *Non omnia, quae minores annis viginti quinque gerunt, irrita sunt, sed ea tanum, quae, causa cognita, eiusmodi comprehensa sunt; vt, si ab aliis circumventi, vel sua facilitate decepti, aut quod haberunt, amiserunt; aut quod adquirere emolumen potuerunt, omiserunt; aut se oneri, quod non fusciperi licuit, obligauerunt.* Ultima verba tantummodo species laesionis sunt, ob quas minor vel ob dolum aduersarii vel ob facilitatem suam restitucionem in integrum petere potest.

y) Etsi *MERILLIO* quoque concedam, ratione minoris habita, nihil differre, utrum ille ex causa cum maioribus communi, vel suae perforiae propria restituatur; multum tamen discriminis ista minoris restitutio intuitu tertii, prout fideiussoris, continet. Nam, prout ex sequentibus adhuc patebit, fideiussori minoris ex facilitate sua decepti non semper restitutio in integrum conceditur. Id quod ipsum *MERILLIVM* in fine suae obseruationis fateri oportet.

lus lib. I. sentent. tit. 9. l. in cause 13. in princ. D. eod. Sed et si fideiussor sciens pro minore interuenisset in specie d. l. 2. C. de fideiussor. minor. cum decretum interpositum esset, tamen ei restitutio in integrum prodesse debuit; non propter aetatem, non quia minor vendiderat, sed propter dolum, quo in venditione deceptus fuerat. Decretum interpositum faciebat, ut propter aetatem solum restituiri non posset, nisi dolus intercessisset 2). Siue igitur minor dolo aduersarii, siue facilitate sua

2) Cum igitur MERILLIVS negare non potest, fideiussori exceptionem restitutionis in integrum non competere, si sciens prudensque pro minore interuenerit, ipsa quoque stabilitas sententias suae vacillat, qua antea contendit, fideiussori minoris quoque exceptionem restitutionis in integrum competere, si minor ex facilitate sua laesum sit. Deinde neque id recte se habet, quod putat fideiussori secundum l. 2. C. de fideiuss. minor. a nobis in paragrapto antecedenti lli o. p. 16. propositam, nihiloscius restitucionem prodesse debere, et quidem propter interpositum decretum, quippe quod effecisset, ut minor propter aetatem solum restituti non potuisset, nisi dolus intercessisset. Nam hac in re omnis controvergia eo reddit: *Num minor contra contractum, quem magistratus confirmavit, non nisi ex capite dolii, neutquam vero ex capite minorenis aetatis, restitucionem in integrum petere queat, si postea per ipsum contractum je laesum esse docere possit?* MERILLIVS adfirmat, id non nisi ex capite dolii fieri posse. Et videretur, illud, propter iudicialem, quae accessit, auctoritatem, non sine iure fieri. Nam magna est paciti judicialis auctoritas, maiorum, quam eius, quod extra iudicium confessum est, ob maximam, quae pro iudice et gestis coram eo negotiis pugnat, fidei et integratitatis praesumptionem. De qua vide c. 6. X. de renunciatione. Itaque videretur quoque minori tum denum actionem manere, qua contractum impugnare posset, si postea potuerit probari, obreptum esse magistratu l. 1. §. 2. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cura sunt. At enim vero non necesse est, ut semper dolus adsit, ob quem minori contra contractum a magistratu confirmatum restitucionem in integrum petere licet; sed minorenis quoque aetas ei prodest, quando se insigniter laesum esse probare potest; quamvis laesio non ex dolo aduersarii, sed ex errore vel ignorantia tam contrahentium quam magistratus orta sit. Tunc enim, licet decretum interpositum sit, minor nihilominus ob laesionem ex capite aetatis restitucionem petere potest, et hoc aetatis

sua deceptus fuerit, danda est exceptio fideiussori restitutionis in integrum, dummodo *in re* deceptus sit, hoc est, re vera, re ipsa d. l. 7. in fin. *D. de exception. a).* Sunt et alii casus, qui bus restitutio in integrum minoris fideiussoribus prodest, et non prodest, quos perlequi superforaneae esset industriae *b).*

§. XVI.

Continuatio paragraphi XIII.

I. Deinde si posterius spectemus, ubi minorenni *ex causa* eius personae tantum propria restitutio in integrum competit (§. XIII.); fideiussori non indistincte succurratur. Etenim in l. 3. §. 4. *D. de minor.* sancitum est *auxilium beneficij restitutio*nis* in integrum solet interdum eius fideiussori proesse.* Hinc sponte nobis se offert quæstio: quando *istud auxilium ex causa personae minoris*

C 3

pro-

tatis auxilio iunari in d. l. 2. *C. de fideiuss. min.* dicitur. Nam iudex, dum negotia apud se gesta, vel sibi oblata, confirmat, non simpliciter omnia probat, sed tacitam hanc conditionem adiicit, in quantum actus de iure valet. Non valet autem alienatio bonorum immobilium, quae ad minores pertinent, nisi simul necessitas vel utilitas illam suadeat. Itaque, si hanc defecisse postea adpareat, minor contra istam alienationem nihil oseciis restitutio*nem* in integrum ex capite minoren*is* aetatis petere potest. Id quod etiam l. n. *C. de praediis et aliis rebus minorum* clare docet, ubi imperatores **DIOCLETIANVS** et **MAXIMIANVS** ita sanciunt: *Si vero iure interposito decreto venditionem vili prelio eius possessionis, cuius vires ignorabas, fecit, iuxta perpetui Edicti auctoritatem in integrum restitutio, causa tamen cognita, præbetur.* Praeterea **AVG. a LÆSE** in med. ad *Pand. spec. 60. med. 1.* hanc rem quoque responso quodam confirmat. Quae quin ita sint, **MERILLIVS** se fallit, quando putat, minor secundum d. l. 2. *C. de fideiussor. minor.* propter interpossum decretum restitutio*nem* in integrum petere non potuisse, nisi dolus intercessisset.

- a) Quae iam cum iis, quae contra **MERILLIVM** antea proposuimus,flare non possint.
- b) Sed quare? Forte, quia ipsius **MERILLIVI** sententiae aduersantur. Id quod ad nos non pertinet. Statim ex iis quae sequuntur, manifestius spectabimus, itos causus omni diiudicatione dignos esse.

propria fideiussori profit? Et cum HVG. DONELLO c) distinguendum esse reor, *vtrum fideiussor pro minore tanquam certae personae qualitatem induente tantum intercesserit; an minus Priori casu et fideiussori per in integrum restitutionem succurritur, si minor ex hac qualitate restituatur; quoniam fideiussor non aliter interuenit, quam si minor ex hac qualitate tenetur.* Huc spectat, si quis fideiusserit pro minore tanquam defensore alienae litis d), vel promittente iudicatum solui e), vel tanquam heredef).

§. XVII.

c) in comment. iur. ciu. lib. XXI. cap. XIV.

d) l. 51. pr. D. de procurat. Vbi: *Minor viginti quinque annis, si defensor existat, ex quibus causis in integrum restituui possit, defensor idoneus non est: quia et ipsi, et fideiussoribus eius per in integrum restitutionem succurritur.*

e) l. 2. §. 1. D. de administr. et peric. tutor. Vbi: *Amplius Marcellus libro vigesimo (primo) Digestorum scribit: et si satisdedit tutor, mox abstinuit pupillus, fideiussoribus quoque eius debere subueniri. Sed et (si) pupillus non abstinuit, quemadmodum ipsi, ita et fideiussoribus eius subueniri; maxime, si pro absente pupillo, vel pro infante satisdedit,*

f) l. 80. D. de adquir. vel omitt. hered. Quae ita se habet: *si pupillus se hereditate abstineat, succurrendum est, et fideiussoribus ab eo datis, si ex hereditario contractu conuentrentur. Alii, quos sequitur POLYCARP. WIRTHIVS in diff. de in integrum restitutionibus §. 14. has leges de his casibus interpretantur 1) si fideiussor habeat regressum ad minorem. Huc spectaret l. 51. D. de procurat. et l. 2. D. de administr. et per. tut. Tunc enim, nisi fideiussorem iuuaret restitutio minoris, non huic, sed illi euaderet proficia. 2) si creditor habeat regressum ad alium absque eo, quod fideiussorem adstringat. Huc itidem faceret d. l. 51. D. de procurat. et praeterea l. 89. D. de adquir. vel omitt. hered. Tunc enim evanesceret illa ratio, propter quam denegaretur fideiussori restitutio a minore obtenta, ne, nimurum, eidem in necem creditoris succurratur. Atamen, ARN. VINNIUS in sel. iur. quaest. lib. 1. cap. XI. distinctionem a nobis prolatam contra hanc interpretationem haud inconcinnam iam defendit. Ad quem igitur lectorum remittimus.*

§. XVII.

Continuatio paragraphi antecedentis.

In post riori autem casu, nempe, si minor, pro quo quis fidiuſſit, non certam personae qualitatem induerit (§. antec.); leges adhuc ita distinguere iubent; utrum fideiuſſor pro minore ex contemplatione iuris praetorii intercesserit, seu, quod idem est, utrum sciens eum minorem esse, ob eam duntaxat cauſam intercesserit, ut creditorи cautum eſſet, qui alioquin propter incertum aetatis ac reſtitutionis cum minore non contraxiſſet; an sine contemplatione iuris praetorii id eſt, ignorans eum minorem eſſe, ſimpliciter tanquam pro quo uis alio interuenierit. De quo libet in ſequentiibus.

§. XVIII.

Quid? si quis pro minore, qui certam personae qualitatem non induit, ex contemplatione iuris praetorii fideiuſſirit.

Quod si fideiuſſorem ſpectemus, qui pro minore, qui certam personae qualitatem non induit, ex contemplatione iuris praetorii interceſſit (§. antec.); omnino adfirmandum eſt, ei auxilium reſtitutionis minoris non prodeſſe. Nam tunc creditor ei potius, quam minori propter metum reſtitutionis fidem habuit. Huc ſpectant verba VLPIANI g): in cauſae cognitione verſabitur, utrum ſoli ei ſuccurrendum ſit, an etiam hiſ, qui pro eo obligati ſunt: ut puta fideiuſſoribus. Itaque ſi cum ſcirem minorem, et ei fidem non haberem, tu fideiuſſeris pro eo, non eſt aequum fideiuſſori in necem meam fibueniri; ſed potius ipſi deneganda erit mandati actio. In ſumma, perpendendum erit Praetori, cui potius fibueniat, utrum creditori, an fideiuſſori: nam minor captus neutrē tenebitur. Facilius in mandatore dicendum erit, non diberi ei subuenire; hic enim velut adſirmator fuit et ſuaſor, ut cum minore contra-

g) in l. 13. pr. D. de minoribus.

[decorative border]

contraheretur. Vnde tractari potest: minor in integrum restitutio-
nem utrum aduersus creditorem, an et aduersus fideiussorem implo-
reare debeat? Et puto tutius aduersus utrumque. Causa enim cognita,
et praesentibus aduersariis, vel si per contumaciam defint, in inte-
grum restitutions perpendendae sunt. Hanc legem, quam per-
spicere multum heic interest, ita declaro. In causae cognitio-
ne circa restitucionem minoris, pro quo quis intercessit, du-
plex quaestio moueri potest. Quarum prima eo tendit: utrum
minori capto seu laeso tam aduersus creditorem, quam fideiussorem,
qui eum actione mandati conuenit, restitutio competit? Id quod
ab VLPIANO adfirmatur. Nam minor captus, inquit, neutri te-
nebitur; modo aduersus utrumque, si tutius agere velit, re-
stitutionem in integrum imploret. Nam VLPIANVS addit: unde
tractari potest: minor in integrum restitucionem utrum aduersus cre-
ditorem, an et aduersus fideiussorem implorare debeat? Et puto tutius
aduersus utrumque. Si rationem quaeras illam statim ita subiungit:
causa enim cognita, et praesentibus aduersariis, vel si per contumaciam
defint, in integrum restitutions perpendendae sunt. Itaque minor et
contra fideiussorem intuitu regressus restituitur, ita, vt, si fidei-
ussor creditori satisficerit, et eum actione mandati rursus con-
venire velit, beneficium restitutiois in integrum ei per mo-
dum exceptionis opponere possit. Quae tamen cessabit, si
minor in dolo fuerit. Nam fideiussori, dolo minoris decepto,
ideo actio mandati efficax competere deber, quia, vt ipse VLP-
IANVS h) asserit, in delictis minori non subueniat. Porro
secunda quaestio, quae heic moueri potest, eo spectat: utrum,
minore aduersus creditorem restituto, etiam fideiussoribus aduersus
creditorem succurrendum sit; proinde, quod non soli minori, sed
etiam his, qui pro eo sunt obligati, auxilium restitutiois aduersus
creditorem prosit? Et VLPIANVS responderet: In summa perpen-
dendum erit Praetori, cui potius subueniat, utrum creditori (ad-
uersus fideiussorem) an fideiussori (aduersus creditorem). Hinc
quaestionem secundum circumstantias facti decidendam
esse voluit, et praecipuas quoque adfert. Itaque, pergit, si
cum (ego, tanquam creditor) scirem minorem (i. e. debitorem

princi-

h) in l. 9. §. 2. D. de minoribus.

principalem esse minorem), et ei fidem non haberem ē nempe ob metum restitutionis), tu fideiussiris pro eo, (intellige: etiam sciens, seu consulto confilio) i), non est aequum, (tibi) fideiussori, in necem meam (tanquam creditoris) subueniri; sed potius ipsi (seu tibi) deneganda, erit mandati actio. Quod ita intelligo. Non est aequum hoc casu, vbi quis ex contemplatione iuris praetorii pro minore intercesserit, fideiussori per restitutionem in integrum aduersus creditorem succurrere, et ita damno hunc adficere, properterea quod fideiussor restitutionem ideo implorare nequeat, quoniam iam tempore fideiussionis huic beneficio ipso facto renuntiavit, dum sciens prudensque se pro minore obligauit. Quare et fundamentum restitutionis, nempe, quod sine sua culpa laesus sit k), heic cessare, omnino consequens est. Ideoque fideiussori in necem seu damnum creditoris hic non subueniendum est; sed potius, quemadmodum ipsi contra minorem mandati actio deneganda, ita eius imploratio restitutionis aduersus creditorem reicienda erit.

§. XVIII.

Continuatio paragraphi antecedentis.

Ex hac interpretatione, quam in paragrapho antecedenti proxime persequuti sumus, iam istae leges simul maiorem lumen accipiunt, quea nobis iam supra (§. XV.) cum MERILLIO in controvērsia fuerunt, et quarum prima est l. 7. §. 1. in fine D. de exceptione. Quam ita magis expliceo. *Quod si deceptus sit (minor) in re (i. e. re vera ex facilitate sua, non dolo creditoris, prout antecedentia verba huius legis docent), tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit* (Nam restitutio in-

i) Id quod adparet ex IULII PAVLI sentent. recept. lib. i. tit. IX. de minor. XXV. ann. §. 6. Vbi: *Qui sciens prudensque se pro minore obligauit, si id consulto confilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur.*

k) Nam damnum quod quis sua culpa sentit, ipse sentire debet.

— — — — —

integrum generatim est beneficium iuris (§. III.). Quod proinde non ipso iure competit; quia beneficia nemini obrunduntur; sed facta imploratione, restituto laeso auxilium praebet.), nec fideiussori (restituto minore) danda est exceptio (nempe ex persona restituti minoris, si ex contemplatione iuris praetorii pro eo intercesserit). Alteram legem, nimirum I. 2. C. de fideiussor. minor. quod attinet, illa nunc ita adhuc illustrari potest. Si ea, quae tibi vendit possessiones interposito decreto praefidis, aetatis tantummodo auxilio iuuatur (nempe, quod non ex tuo dolo, sed ex sua facilitate restituatur): non est dubium, fideiussorem ex persona sua (tibi, tanquam emtori) obnoxium esse contractui (seu contractus venditionis causa, si ex contemplatione iuris praetorii apud te pro minorenni venditrice intercesserit). Verum si dolo (tuo) malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesti iuris est, utriusque personae, tam venditricis (minorennis) quam fideiussoris (ob dolum tuum) consulendum esse.

§. XX.

Quid? si quis pro minore, qui certam personae qualitatem non induit, sine contemplatione iuris praetorii fideiusserit.

Postremum, si fideiussor pro minore, qui certam personae qualitatem non induit, sine contemplatione iuris praetorii, id est, ignorans eum minorem esse, simpliciter tanquam pro quoquis alio interuenierit (§. XVII.); dicendum est, restitutionem minoris et fideiussorem liberare. Nam tunc fideiussor a crediore conuentus huic obiicere potest, liberato reo principali, liberari etiam accessiones (§. XIII.). Quodsi creditor replicet, se ei potius, quam minori, propter metum restitutionis fidem habuisse; tunc prober, fideiussorem sciuisse debitorem principalem esse minorem (§. XVIII.). Nam fideiussor minorenem aerat ex contraria

27

traria ratione a PAPINIANO ^{l)} statuitur, fideiussorem, qui cum muliere pro quodam intercessit, subducta muliere, ideo in solidum teneri, quod scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frustra intercedere. Iam sexum quidem, quippe quem quilibet publice profitetur, scire possumus, neutiquam vero minorenem aetatem, quae ne quidem ex habitu corporis semper eluet ^{m)}. Ipse creditor culpa sua damnum ferat, quod fideiussori intercessionis legem non apertius dixerit, cum utique potuisset praemonere, ideo se eum accipere fideiussorem, ut loco minoris, pro quo iam intercederet, in subsidium eum obligatum habere velit, siue in integrum minor posthac restitueretur, siue non. Quo facto imputaretur sane fideiussori, cur ea lege ad fideiussionem accesserit. Neglecta autem hac declaratione magis fideiussori quam creditori succurrendum est ⁿ⁾.

§. XXI.

Paragraphus antecedens per remotionem obiectionis cuiusdam continuatur.

Quae quum ita se habeant, neque creditor cum VINNIO ^{o)}, quem etiam LAVTERBACHIVS ^{p)} sequitur, vrgere potest, fideiussorem ideo manere obligatum, quod per restitutionem minoris non ipsa res soluantur, sed persona minoris tantum liberetur. Nam l. 19. D. de duob. reis const. quam hanc in rem ad-

D 2

ducunt

^{l)} in l. 48. pr. D. de fideiussor. et mandat.

^{m)} Consentit IAC. CVIACIVS in observationibus lib. X. cap. XXII.

ⁿ⁾ Id quod etiam comprobat ANT. FABER in conjecturis iuris civilis lib. 8. cap. 3.

^{o)} in selectis iuris quaestionibus, lib. 1. cap. XI.

^{p)} in colleg. theor. pract. lib. 4. tit. 4. §. 20.

—————

ducunt, id plane non probat. Est enim sequentis tenoris: *cum duo eandem pecuniam debent, si unus capit is diminutione exceptus est obligatione, alter non liberatur: multum enim interest, utrum res ipsa solvatur, an persona liberetur, cum persona liberatur, manente obligatione: alter durat obligatus.* Itaque in hac lege sermo est de duobus reis, quorum quilibet creditor principaliter in solidum tenetur. Hoc casu verum est, restitucionem unius non liberare alterum; quia hic non accessorie sed principaliter est obstrictus. Nobis autem de iis sermo est, quorum unius, utope minor, principaliter, alter vero, utope fideiussor, accessorie tantum est obligatus. A correio autem ad fideiussorem, qui se non correaliter obligauit, argumentari non licet. Et quamvis iure antiquo fideiussor ut correus tenebatur, adeo, ut creditor, etiam omisso debitore principali, statim fideiussorem conuenire posset ^{q)}; tamen nouo iure ^{r)} illud est sublatum. Porro in dicta lege dicitur, *cum persona liberatur, manente obligatione, alter durat obligatus.* Iam VINNIO ante omnia probandum est, minorem restitutum, ideoque liberatum, adhuc manere obligatum. Ut mihi quidem videtur, id sibi iniuciem est contrarium. Nam per restitucionem negotium rescinditur (*§. III.*) seu, quod idem est, obligatio ex priori negotio resultans tollitur; quia sit reductio in pristinum statum. Haec autem omnino inuoluit, ut is, qui antea erat obligatus, iam non maneat obligatus. Quare PAVLVS ^{s)} optime dicit: *restitutio autem ita facienda est, ut unusquisque in integrum ius suum recipiat.* Quapropter etiam cum IVLIANO ^{t)} rectius existimiari puto: *sublata obligatione eius pro quo fideiussum sit, eum quoque, qui fideiusserit, liberari.*

§. XXII.

^{q)} *I. 5. C. de fideiussor.*

^{r)} *Nou. 4. cap. 1. et auth. praesente C. de fideiussor.*

^{s)} *I. 24. §. 4. D. de minor.*

^{t)} *I. 38. §. 5. D. de solutione, et liberat.*

§. XXII.

Antea dicta per interpretationem l. 95. §. 3. D. de solut. et liberat. adhuc confirmantur, et simul ostenditur, quatenus fideiussor, qui minoris heres factus est, ex huius persona auxilio restitutionis in integrum uti possit.

Haec decisio, quam in proxime antecedentibus paragaphis fecimus, etiam a PAPINIANO u) confirmatur. Eius verba ita se habent: *Quod vulgo iactatur, fideiussorem qui debitori heres exitit, ex causa fideiussionis liberari: totiens verum est, quotiens rei plenior promittendi obligatio inuenitur. Nam si reus duntaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur: contrario non potest dici non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam et personalem habuit defensionem, nam si minori viginti quinque annis bonae fidei pecuniam credidit, isque nummos acceptos perdidit, et intra tempora in integrum restitutionis decepsit herede fideiussore: difficile est dicere causam iuris honorarii quae potuit auxilio minori esse, retinere fideiussoris obligationem, quae principalis fuit, et cui fideiussor is accessit sine contemplatione iuris praetorii. Auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adolescenti heres extitit, intra constitutum tempus saluum erit. Hic textus ob peruersam verborum conceptionem multis difficultatibus premitur, quae tamen secundum ipsam eius et aliarum legum mentem, ut mihi videatur, ita declarari potest. PAPINIANO in hoc textu ostendere animus est, quatenus regula iuris: fideiussorem, qui debitori heres extitit, ex causa fideiussionis liberari; recte se habeat. Et distinguendum esse afferit: vtrum rei promittendi seu debitoris principalis obligatio sit plenior fideiussoris obligatione; nec ne. Si prius, quod obligatio debitoris principalis sit plenior fideiussoris obligatione, hoc est, quod magis efficax contra illum, quam hunc sit creditoris petitio; istam regulam esse veram, adfirmat. Totiens enim, inquit, verum est, quotiens rei plenior promittendi obliga-*

D 3

u) l. 95. §. 3. D. de solutione, et liberat.

[decorative flourish]

obligatio inuenitur. Si quaeris, quare? Ipse PAPINIANVS ^{x)} tibi respondet; quoniam obligatio maior tollit minorem. Ut *ecce*, si debitor principalis sit naturaliter et ciuiliter obligatus, magis efficax contra eum, quam fideiussorem est creditoris petitio. Nam quamuis et fideiussor naturaliter ac ciuiliter creditori sit obligatus; tamen eius obligatio non est principalis, sed accessoria, et ob id ipsum debitoris obligatio est plenior. Quare, si fideiussor existat debitoris heres, ex causa fideiussionis liberatur. Iam obligatio fideiussoria in hereditariam transit ^{y)}. Hoc est, obligatio fideiussoria extinguitur, et fideiussor, quemadmodum alibi ^{z)} dicitur, *solummodo quasi*, id est, sicut *heres rei* tenetur. Et porro IULIANVM scripsisse ibidem narratur: *si fideiussor heres extiterit ei, pro quo fideiussit, quasi reum esse obligatum ex causa fideiussionis liberari.* Hoc est, fideiussorem iam repraesentare ipsum debitorem principalem, et ita, sublata fideiussoria obligatio, tanquam ipsum debitorem principalem creditori duntaxar esse obnoxium. Quum igitur hoc certum sit, fideiussorem, qui debitoris principalis fit heres, ex causa fideiussionis liberari, si debitoris principalis obligatio sit plenior, adhuc quaeritur: *utrum quoque haec obligatio fideiussoria extinguiatur si debitori principali beneficium restitutio- nis competierit, ita ut fideiussor, extincta eius fideiussoria obligatio- ne, in locum debitoris principalis intret, et ex huius persona tan- quam heres auxilio restitutiois vti queat?* Et responderet PAPINIA- NUS non potest dici non, tolli fideiussoris obligationem, si (id est, etiam si ^{a)}) debitor propriam et personalem habuit defensionem; modo sine contemplatione iuris Praetorii acceperit. Nam tunc difficile

^{x)} in l. 50. D. de fideiussor.

^{y)} iuxta d. l. 50. D. de fideiussor.

^{z)} nempe in l. 5. D. de fideiussor.

a) Seu: *si maxime.* Quod coniunctio *si* heic ita sumenda sit, id ipse contextus et praeterea partim quoque leges, vbi passim pro *etiam si* ponitur (vid. BARN. BRISSONIVS de verbor. signif. voc. si, num. 3.) partim usus auctorum classificorum probat. Vide HORAT. TURSE- LINUM de particulis latinae orationis pag. 960. num. 19.

dificile est, inquit, dicere causam iuris honorarii (id est, minorenem aetatem, ob quam ius honorarium minori auxilium restitutionis in integrum concedit) quae potuit auxilio minori esse, retinere (id est, efficere adhuc durare) fideiussoris obligationem, quae (tamen accessoria) principalis (obligationis) fuit, et cui fideiussor accepit sine contemplatione iuris Praetorii. Quare concludit. Auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adolescenti heres extitit, intra constitutum tempus saluum erit. Attamen semper per caendum est, ne istius limitationis obliuiscanur, quam PAPINIANVS magna cura ita adiecit: modo sine contemplatione iuris Praetorii acceperit. Quodsi enim fideiussor ex contemplatione iuris Praetorii intercesserit, ei tanquam heredi ex persona minoris restitutio in integrum competere nequit; quia creditor tunc magis fideiussoris quam minoris fidem sequutus est. Hanc vero fideiussor ideo fallere nequit, quod fideiussoria obligatio propter principalem obligationem, quae maior fuit, iam extincta sit. Hoc enim creditorem, qui sibi diligenter prospexerat, seu, qui alioquin propter periculum et incertum aetatis ac restitutionis non fuerat cum minore contracturus, damno adficere non debet. Id quod etiam ipse PAPINIANVS alibi b) ita satis indicat: Neque enim ratio iuris, quae causam fideiussionis propter principalem obligationem, quae maior fuit, exclusit, damno debet adficere creditorem, qui sibi diligenter prospexerat.


§. XXIII.

Continuatio paragraphi antecedentis.

Plane aliter dicendum est, si debitoris principalis obligatio non sit plenior fideiussoris obligatione (§. antec.). Nam tunc hae obligationes sunt vel eiusdem potestatis, vel non, sed principalis obligatio est minor fideiussoria obligatione. Si prius, non potest reperiri, cur altera potius quam altera consumeretur c). Verbi gratia, si fideiussor, renuntiato beneficio excusionis, se simul

b) l. 3. pr. D. de separationibus.

c) l. 5. D. de fideiussor.



simil principaliter tanquam correum promittendi obligauerit. Tunc creditor fideiussorem vel tanquam reum principalem, vel tanquam fideiussorem conuenire potest. Nam in solidum cum eo bis agere non licet d). Si *posterior*, quod verbi gratia, debitor principalis forsitan naturaliter duntaxat fuerit obligatus; seu, quod fideiussor minoris obligationi ex contemplatione iuris praetorii accesserit (§. XVIII); tunc fideiussor, qui ei succedit, non liberabitur; quia ex obligatione principali non efficax nascitur peritio, que tamen heic ex fideiussoria comperit. Itaque obligatio principalis est minor fideiussoria obligatione. Obligatio autem minor non potest tollere maiorem. Huc spectant verba PAPINIANI: *nam si reus duntaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur.* Quae tamen CVIACIVS e) ex mente PAPINIANI et ex Graecorum versione ita emendat: *nam si reus natura duntaxat (ego dicerem: minus efficax) fuit obligatus, fideiussor non liberabitur f).*

§. XXIII.

Quaenam fideiussio in dubio praesumitur? Ea, quae ex contemplatione iuris praetorii, aut quae sine hac contemplatione interponitur?

Itaque, quum in effectu multum interfit, qua ratione quis pro minore intercesserit, vtrum hoc ex contemplatione iuris praetorii sit factum, an sine ea (§. XVII-XXIII.); merito quaeritur: *quid in dubio sit praesumendum?* ANTON. FABER g) ultimum, nempe, quod fideiussor sine contemplatione iuris praetorii

d) *I. i. C. de fideiussor. tut. vel curat.*

e) *in obseruat. lib. II. obs. XXXIV.*

f) Hanc emendationem probat ANTON. FABER in *coniecturis iuris ciuilis*, lib. VIII, cap. IV. Eique ad sensum suum praebet BENED. CARPOV in *iurispr. foren. par. II. conf. 13. def. 13.* IO. BRVN- NEMANN in *comment. ad I. 95. D. de solut. et liberat. num. 4.* et plures alii, quorum auctoritatem et theoretici et practici sequuntur.

g) *in coniectur. iur. ciu. lib. VIII, cap. III. et in codice suo definit. fo- ren. lib. I. tit. XIII. def. 1.*

torii intercesserit, praesumendum esse putat. *Eius verba sunt:*
In quaestione illa, an in integrum restitutio minori concessa proficit fideiussori, placet distinctio, an pro minore fideiussor interuenierit eo prorsus modo, quo pro maiore interuenisset (id est, ut postea explicat, sine contemplatione iuris praetorii), quod simpliciter accepto fideiussore, in dubio praesumendum. Sed quanam ex ratione? *Quia dicit, in dubio iure communi usus qui creditur potius quam speciali, sicut et causa naturalis inspicitur magis, quam accidentialis.* Verum, ego quidem, quod ingenue fateor, vim huius rationis non perspicio. Nam, si creditor fideiussorem pro minore simpliciter accipit, fideiussor aut scit, debitorem principalem esse minorem; aut hoc ignorat. Si illud scit, excusare se non potest, quod sine contemplatione iuris praetorii intercesserit; quia ignorare non debet, creditorem ei potius, quam minori, ob metum restitutionis, fidem habere voluisse. Itaque fideiussor sibi imputet, quod minoris conditionem non ignorans pro eo interuenierit ^{h)}. Iam secundum ius commune et ipsam rei naturam restitutio minoris ei prodebet nequit (§. XVII. XVIII.). *Quodsi vero debitorem principalem esse minorem ignorat; tunc non aliter, quam pro quovis alio, qui creditori efficaciter est obligatus, interuenisse censeri potest.* Itaque creditor sibi imputet, quod fideiussor restitutionem a minore imperatrata perinde in usus suos conuertat, ac si a maiore imperata esset, nimurum ita, ut sublate huius per restitutio- nem obligatione principali, etiam sua fideiussoris obligatio extinguitur (§. XX.) *i).*

§. XXV.

Continuatio paragraphi antecedentis.

Quae cum ita sint, ni fallor res eo reddit, utrum is, qui pro minore intercessit, conditionem minoris in dubio sciuisse, an ignorasse

E

^{h)} Consentit ARN. VINNIUS in *select. iuris quaest. lib. 1. cap. XI.*

ⁱ⁾ Hanc sententiam quoque fouet IO. ORTW. WESTENBERGIVS in *princip. iur. sec. ord. Dig. lib. 4. tit. 4. §. 24. num. IV.*

~~~~~

*raffe praeſumendus fit?* Putarem, si rem in ſe ſpectemus, neutrūm eſſe praeſumendum, quum vtrumque, num quis fit maior, an minor in ſimili factō conſiſtar. Quare heic omnia ad arbitrij potius boni iudicis redire videntur. Attamen, quum in iis, que ſcire poſſimus et ignorare non debemus, ignorantia facti noceat <sup>k)</sup>, et is quoque, qui pro alio intercedit, huius conditionem ignorare non debeat, iuxta regulam iuriſ: qui cum alio contrahit, debet eſſe non ignarus conditionis eius <sup>l)</sup>: animaduertendum eſſe cenſeo, num intercedens, aetatem debitoris principalis, quod fit minor, diligentius inquirendo, notam habere potuerit; *nec ne.* Si prius, reſtituto licet minore, eum teneri credo, etiam in ſe minoris conditionem ignorasse perhibeat. Nam hoc ſibi imputare debet. Eſt in culpa. Et dannum, quod quia culpa ſentit, non ſentire videtur. Hoc praeſerim mandatorem onerat. *Facilius, enim inquit VLFIANVS,* *in mandatore dicendum erit, non debere ei ſubuenire: hic enim velut adiutor fuit et suasor, ut cum minore contraheretur.* Nemo autem facillime alterius mandator vel suasor erit, niſi eius conditionem antea ſatis explorauerit. Denique ſi posterius ſpectemus, nempe, *quod fideiūſſor conditionem minoris ſcire non potuerit;* eum quoque teneri dubito; quum nulla culpa ei imputari poſſit. Et, quemadmodum exceptio Senatusconfulti Macedoniani nulli obſtat, niſi qui ſciret, aut ſcire potuifſet, filium familias eſſe eum, cui credebat <sup>m)</sup>; ita etiam nulli fideiūſſori contra liberationem exceptionem fideiūſſionis obſtare poſſe arbitror, niſi creditor doceat, quod fideiūſſor ſciuifſet aut ſcire potuifſet, minorem eſſe eum, pro quo fideiūſſit.

## S. XXVI.

<sup>k)</sup> l. 9. §. 2. D. de iur. et fact. ignor.

<sup>l)</sup> l. 19. pr. D. de reg. iur.

<sup>m)</sup> in l. 13. pr. D. de minor.

<sup>n)</sup> l. 19. D. de Senatusconf. Maced.

## §. XXVI.

*De quaestione: quatenus socio vel litis conforti ex persona sui socii vel litis confortis restitutio in integrum indulgenda sit? Vbi imprimis ostenditur quid socii vel litis confortes significant.*

Haec de eo, quatenus fideiussori ex persona debitoris principalis restitutio in integrum competit (§. XIII-XXV.), sufficiant. Nihil restat, quam quod paucis adhuc exponam, quatenus *socio vel litis conforti ex persona sui socii vel litis confortis restitutio in integrum indulgenda sit* (§. I.) o). Qua in re imprimis notandum est, socios heic generatim vocari plures, ad quos aliquid communiter, seu sine partitione, pertinet. Verbi gratia, qui habent aedes communes p). Ipsi plures, si sint tales, ad quos eadem cauſa controuerſa in iudicio ſpellat, dicuntur LITIS CONSORTES. Veluti plures aetores, vel plures rei in eadem cauſa q). Quae quum ita fint, sequitur, litis confortes esse speciem quamdam sociorum. Itaque quae generatim de sociis valent, et ad litis confortes accommodari possunt.

## §. XXVII.

*Ipsa quaefio in paragrapbo antecedenti indicata expontur, praefertim quoad socios vel litis confortes maiorennes.*

Iam quod istam quaestionem attinet, *quatenus socio vel litis conforti ex persona sui socii vel litis confortis restitutio in integrum indulgenda sit?* distinguendum esse censeo, utrum socii vel litis confort-

E 2

confor-

o) IO. FRID. FLEISCHER *de minorum restitutione in integrum litis confortibus maioribus proficia*. Erford. 1724.

p) l. 18. §. 5. D. de damno infecto.

q) Vid. tit. C. de confortibus eiusdem litis et CHRIST. WILDVOGEL diff. de confortibus litis, Ienae 1699.

—————

consortes omnes sint maiorennes; *an* vnuſ ſit maiorennis alter  
vero minorennis; *an* omnes ſint minorennes. Si primum caſum  
cogitemus, ſocius reſtitutionem in integrum *vel* ſuo tantum no-  
mine, *vel* nomine omnium petiit atque impetravit. *Hoc caſu*  
reſtitutio omnibus reliquias prodeſt; quia id, quod in cauſa  
communi, nomine omnium peritum arque obtentum, ita ſpe-  
ctari poeſt, ac ſi quilibet eorum illud ſibi adquiuifueret. Qua-  
re omnibus quoque reſtitutio prodeſſe debet, ſi illa vti velint.  
*Iſto autem caſu*, nimirum *ſi ſocius ſuo tantum nomine reſtitutio-*  
*nem petiit atque impetravit*, hoc factum eſt in cauſa, quae in ſe  
confiderata *vel* diuisionem admittit, *vel* non. *Heic* reſtitutio iti-  
dem omnibus reliquias prodeſſe debet *r).* Nam haec reſtitutio  
ſoliſ tantum rei cauſa concedi potuit, adeoque ex ipta rei  
conditione effectum ſortiri debet. Iam vero res ad omnes ſo-  
cios communiter ita ſpectat, vt ne quidem in ſe confiderata di-  
uisionem admittat; adeoque imposſibile eſt, vt reſtitutio in  
partem valear, in partem non valeat. Id circo non tantum ei,  
qui reſtitutionem petiit atque impetravit, ſed etiam eius ſociis  
utilis eſſe debeat. *Ibi* vero, *ſi cauſa, in qua ſocius *vel* litis con-*  
*fors reſtitutio ſuo tantum nomine petiit atque impetravit, in ſe*  
*confiderata diuisionem admittat*, ex huius persona reliquias reſti-  
tutio prodeſſe nequit *s).* Nam quemadmodum, ſi vnuſ ex  
conſortibus pro parte ſua agit vel excipit, ſi vincatur aur vi-  
nacat, illud ſuis conſortibus neque proderit neque obterit; ſiqui-  
dem pro ſua parte tantum egit vel ſe defendit *t);* ita etiam, ſi  
vnuſ ex conſortibus in cauſa, quae diuisionem admittit, ſuo  
tantum nomine reſtitutionem petiit atque impetravit, haec re-  
ſtitutio ad ſuos conſortes nihil ſpectat, ſed cuilibet liberum ar-  
que integrum eſt, vt ſolus quoque, qui laetus eſt, reſtitutionem  
petat, ſi illud e re ſua eſſe ſibi videatur.

### §. XXVIII.

*r)* arg. l. 10. §. 4. D. de appellat. et refit. l. 2. C. ſi vnuſ ex plur. appellauſ.

*s)* arg. l. 10. §. 4. D. de appell. et relat.

*t)* PAVL. CHRISTIANEVſ in decisionibus, vol. 2. decif. 186. num. 2.

## §. XXVIII.

*Nominata quaestio inuestigatur, si sociorum vel litis  
consortium unus sit maiorennis, alter vero  
minorennis.*

Quodsi vero secundum casum spestemus, ubi sociorum vel litis consortium unus sit maiorennis, alter vero minorennis, et quaeratur, num ex persona eius, qui restitutionem impetravit, alteri quoque ista restitutio indulgenda sit (§. antec.)? ante omnia animaduertendum est, utrum is, qui restitutionem obtinuit, fuit maiorennis, an minorennis. Priori casu idem dicendum est, quod in paragrapho antecedenti proposui. Nulla enim adest diversitas ratio, quae aliter iudicare nos adstringeret. Posteriori autem casu adhuc refert, utrum minori restitutio concessa sit ex caufsa cum maioribus communi, an ex caufsa minoribus tantum propria, nimis ob maiorensem aetatem (vid. §. XIII.). Ibi iterum eadem, quae antea (§. XXVII.) prolatas sunt, locum habent; quia minor intuitu istius causae maiorenni equiparandus est. Heic vero, si minor ex caufsa personae minorennis tantum propria, seu aetatis auxilio, restituatur, et quaestio, prout saepissime fieri solet, moueatur, num ex minoris persona eius socius vel litis consors maiorennis beneficio restitutio frui possit? multum intereft, utrum caufsa minori cum maiorenni communis sit individua, an diuidua. Si caufsa sit individua, seu quod idem, quae ita comparata est, ut minor effetum restitutionis plene sentire nequeat, nisi eius socius vel litis consors simul restituatur u); tuac restitutio minoris eius socio vel litis consorts quoque indirecta seu per consequentiam prodet, ut minoris ius saluum esse possit x). Quum igitur socius

u) Vid. CARPOV. in process. tit. 19. art. 2. num. 33. et seq. et SPORTEA ODDVS in tr. de refit. in integr. par. 1. qu. 94. art. 4. num. 12. et art. 5. num. 15.

x) Huc facit l. 10. pr. D. quemadmodum seruit. amitt. Vbi: si communem fundum ego et pupillus haberemus, licet eterque non vivetur, tamen propter

—————

socius vel litis consors minoris ideo ex persona minoris restituatur, quod minor restitutionem heic perierit et impetraverit, statim quoque sequitur, illam ad socium vel litis consortem non pertinere, si minor ista restitutione vti nolit, sed maior factus negotium damnosum aut ratihabeat et quidem vel expresse y) vel tacite, accedente facto approbatuo z); aut si tempus quadriennii praeterlabi patiatur (§ VI.). Quare, verbi gratia, maiorenns eo tantum sub praetextu, quod frater minorenns concurrat, propter hunc restitutionem petere nequit.

### §. XXVIII.

#### *Continuatio paragraphi antecedentis.*

Quodsi vero *causa minori cum maiorenni communis, in qua minor auxilio auctatis restituitur, sit diuidua* (§. antec.), seu talis, vt minor effectum restitutionis plene sentire possit, licet eius socius vel litis consors simul haud restituatur, tunc restitutionis beneficio frui non possunt minoris socii vellitii consortes maiorennes; quia hoc casu ratio cessat, ob quam illis restitutione minoris antea (§. antec.) simul comperebat. Quare, cum heic

propter pupillum et ego viam retineo. Si quaeris: quare? et responsio in promptu est: quia seruitus diuisionem non recipit. Adde l. 4. §. 3. et 4. D. si seruitus vindicetur l. 47. §. 1. D. de minor. Quare in der erlaerten und verbesserten churfäfischen Proces und Gerichts Ordnung ad tit. IX. §. 4. quoque ita sanctum est: und im übrigen soll dieses beneficium restitutionis in integrum denen Litis consorten, so nicht vor sich gleiches Privilegii fähig sind, weiter nicht, als in causis, so an sich selbst diuiduae sive, zu statten kommen. Sicque responderunt Iureconsulti lenenes, teste WILDOGEL in responsis, resp. 71. num. 16. denn obwohl gesetzt, quod restitutione minoris maiori non possit patrocinari; So ist doch dieses von causis separatis ac diuiduis zu verstehen, eine andere Bechaffenheit hat es mit denen causis connexis ac diuiduis, wie diese Erb/schafts-Sache ist, in quibus restitutio minoris sororis maiori omnino prodest.  
y) l. 1. et 2. C. si mai. fact. ratih.  
z) l. 3. §. 1. et 2. D. de minor.

heic restitutio ex caussa minoribus tantum propria fit, adeoque Praetor minoribus solummodo succurrere voluit a), statim consequens est, ut maioresnibus, quippe in quibus ista restitutio-  
nis caussa deficit, beneficium restitutio-  
ni minori concessum patrocinari nequeat. Hinc, si duo fratres consorts, unus  
maior viginti quinque annis, alter minor, de hereditate par-  
tnera, tanquam re ditidia, cum terro aliquo transigerunt;  
minori quidem, fragilitate aetatis laeso, succurretur, et proderit  
minori restitutio, caeterum pro parte duntaxat sua, quatenus  
scilicet ipsis interest: fratri autem maiori non proderit b).

### §. XXX.


*Quod restitutio minoris ex capite aetatis in caussa com-  
muni diuidua eius litis consorti non proficiat, declara-  
tione l. vn. C. si in comm. ead. caus. et l. 2. C. si  
vn. ex plur. appell. simul ostenditur.*

Id quod modo probauimus, restitutio-  
nem minoris ex capite aetatis in caussa communi diuidua eius socio vel litis consorti non  
prodeſſe, imperatores DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS c) quoque  
ita fanciunt: *Nec, si maior viginti quinque annis soror vestra fuit,  
vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus, de  
iure vestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quae ger-  
fit, his consensum post viginti quinque annos aetatis commodaſſis:  
quamuis illa minor pro portione sua restitutio- auxilium implo-  
rare posſit: vobis tamen, ad communicandum Edidi perpetui beneficium,  
eius aetas patrocinari non poſteſt.* Hanc legem ita declaro: Duo  
fratres

a) Id quod etiam adparet ex l. 3. §. 4. D. de minoribus Vbi: *Praetor  
enim minoribus auxilium promisit, non majoribus.*

b) Ita quoquo iudicant ARN. VINNIVS in *sel. iur. quaeſt. lib. 1. cap. XI.*  
GEORG. AD. STRUV in *Syntag. iur. ciu. §. 60.* LAVTERBACH in  
*colleg. theor. præf. lib. 4. tit. 4. §. 19.* et plures alii.

c) in l. un. C. si in communi eademque cauſa in integrum restitutio  
poſtulatur.



fratres et soror fundum communem habent, quem possidet Titius. Soror de isto fundo cum Titio transfigit. Quo facto, quaeritur: *num ad hanc transactionem seruandam et fratres et soror obstricti sint?* Et, quod fratres primum spectat, distinguendum est, *vtrum transactionem sorori mandauerint aut ratam habuerint, nec ne.* Posteriori casu fratres transactionem seruare non tenentur; quia in illam non consenserunt, adeoque soror de iure eorum nihil minuere potuit. Priori autem casu fratres ob consensum transactioni stare obligantur, siue tempore transactionis iam fuerint maiorennes, siue minorennes; sufficit enim, quod ultimo hoc casu, adepta maiorenitate, cognitis iis, quae soror gessit, his consensum commodauerint; quia ob sequutam ratihabitionem perinde habetur, atque si ab ipsis fratribus maiorenibus negotium gestum fuisset d). Deinde quod ad sororem attinet, si, *num haec transactioni satisfacere Titio obstrictus sit?* quaeratur; omnino refert, *vtrum fuerit maiorenne, an minorenne, cum istam transactionem cum Titio iniit.* Si prius, nullum est dubium, quin eam seruare debeat. Si vero posterior, imperatores volunt, sororem ex capite minorenne aeratis contra transactionem pro portione sua restitutionis auxilium implorare posse. Quo impetrato, quaestio enascitur; *num haec restitutio fratribus, qui alias transactionem, ob datum in illam consensum, seruare debent, patrociniari possit?* Et imperatores sanciunt, fratribus aetatem sororis ad communicandum Edicti perpetui beneficium patrocinari non posse. Quare? Quia restitutio, quam Praetor ob lubricum aeratis minoribus largitur, in causa diuidua, qualis haec est, sociis vel litis confortibus minoris, ob suam ipsius naturam, prout antea probauimus, prodeſſe nequit. Huc quoque spectat constitutio imperatoris ALEXANDRI e). Quae ita se habet: *Si in una eademque causa unus appellauerit, eiusque iusta appellatio pronuntiata est: ei quoque prodeſt, qui non appellauerit.* Quod si aetatis auxilio unus contra sententiam restitutio-

nem

d) l. 1. et 2. C. si maior factus ratum habuerit.

e) in l. 2. C. si unus ex pluribus appellauerit.

41

nem impetraverit: maiori, qui suo iure non appellauerit, hoc re-  
scriptum non prodig. Accipe interpretationem, qua hancē  
constitutionem ita clariorem reddo. Distinguit imperator inter  
appellationem et restitutionem in integrum auxilio aetatis com-  
petentem, qua in vna eademque caussa vnuſ litis confortium  
sententiam impugnauit. Et ab eo sancitur, *appellationem quo-*  
*que alteri litis confortium, qui non appellauit, prodefic; res-*  
*tutionem autem, auxilio aetatis contra sententiam impetratam, ma-*  
*iori, qui suo iure non appellauerit, minus proficer. Iam*  
*quaeritur: quenaam sit huius discriminis cauſa? Et videtur*  
*illam ex diuersa appellationis ex capite aetatis natura repeten-*  
*dam esse. Nam tam minori quam maiori contra sententiam*  
*grauantem appellare licer. Itaque, si hoc ab vno litis consor-*  
*tium in vna eademque defensionis cauſa fiat f), nihil obstat,*  
*quo minus et alteri, qui non appellauit, ista appellatio profit,*  
*quum ipſe appellandi facultate gaudeat. Et hanc ipſam ob*  
*cauſam imperator quoque voluisse videtur, vt vnius appellan-*  
*tis victoria, aliis quoque, qui non prouocarunt, proficiat,*  
*vt, si appellatio iusta pronuntiata fit, vno appellante, senten-*  
*tia prior quoad omnes condemnatos rescindatur g), ita vt ni-*  
*hil intersit, vtrum cauſa sit diuidua, an minus h). Plane aliter*  
*vero se res habet, si de restitutione, ex capite aetatis contra*  
*sententiam impetrata, sermo fit. Nam haec ex persona minoris*  
*eius litis consorti maiorenni non patrocinatur, nisi cauſa sit*  
*individua. Quare si cauſa sit diuidua, quam imperator ALE-*  
*KANDER heic intelligere debet, ne PAVLO i) contradixisse vi-*  
*deatur, sibi imputet maiorennis litis consors, quod suo iure*  
*contra sententiam non appellauerit; siquidem hac ratione con-*  
*tra sententiam in hoc caſu, quo restitutio minoris personam*  
*non egreditur, se tueri potuifset.*

### §. XXXI.

f) l. 10. §. 4. D. de appellat. et relat.

g) l. 1. C. si vnuſ ex plur. appell.

h) IO. BRVNNEMANN ad d. l. vn. num. 1. C. si vn. ex plur. appell.

i) in l. 10. pr. D. quemadm. seru. amitt.



### §. XXXI.

*In diuidicanda caussae communis indiuiduitate semper obiectum, super quo lis vertitur, respiciendum est.*

Antea demonstravi, restitutionem a minore auxilio aetatis in caussa communi indiuidua impetratam prodesse eius socio vel litis conforti maiorenri (§. XXVIII.); neutquam vero si caussa communis sit diuidua (§. XXVIII. XXX.). Hoc si verum est, vt est, iam maxime de eo controuertitur, quanam caussae speciatim pro indiuiduis vel diuiduis habendae sint. Verbi gratia, num, si minor contra neglectionem fatalium in processu restituantur, haec fatalia numero caussarum indiuiduarum indistincte censi possint, an ad obiectum, super quo lis vertitur, respiciendum sit? Olim iureconsulti Vitembergenses fatalia processus inter caussas indiuiduas connumerare solebant; eamque ob causam in omni neglectione fatalium, restitutione a minore auxilio aetatis impetrata, quoque eius litis confortem maiorenrem iuuari, saepius responderunt k). Quare et IO. HENR. de BERGER l) quandam generatim adserere non dubitanit, caussas indiuiduas quoque esse fatalia processus, vt, sicuti maior minor que

k) Sic teste CASP. HENR. HORNIO in *reponsis iuris* cl. 14. resp. 13. Scabinatus Vitembergensis anno 1699. respondit verb. dergleichen Personen aber der Restitution in integrum contra lapsum fatalium sich zu ersfreuen haben, in dergleichen casu die denen Unmündigen zum Besten geordnete Rechts-Wohlthat auch denen Mündigen allerdings zu flatten kommt ----. Porro testatur DN. de BERGER pag. 2. resp. 87. facultatem Vitembergensem anno 1700. respondisse verb. Wie nicht weniger, da auch gleich an Beklagtens Seiten maiores deconcurriren, jedennoch selbigen gleicher Gestalt in passu fatalium, als an sich selbst indiuiduo, ohne Unterscheid des obiecti litis zu flatten kommt. Deinde Iureconsulti Vitembergenses teste QVIN. SEPT. FLOR. RIVINO in *enunciatis juris* tit. 20. enunc. 98. pag. 832. anno 1702. responderunt verb. In Erweegung, dass in lapsu fatalium die laesio jederzeit praesumiret wird, und pro re indiuidua zu halten.

l) in *resolutionibus legum obstantium lib. 4. tit. 4. animadu. voc. indiuidua.* pag. 105.

que consortes litis terminum, qualemcumque peremtorium, praeterlabi patientur, restitutio in integrum, quae ex causa aetatis alteri competit, etiam alteri profit. Nec attendenda est, inquit, ipsius causae, in iudicium deductae, natura, quum non referat, causa illa in se individua sit, an diuidua. Namque, pergit, nullo causarum discrimine, maior iuuatur beneficio minoris in ipsa fatalis causa, quae in se omnimodo individua habetur. Postea vero collegia Vitembergensia et cum his BERGERVS m) sententiam suam quodammodo mutarunt, dum in causis, quae ad Summum Pronocationum Iudicium perferuntur aliter respondunt ac in iis, quae praecipue ad exteros spectant. Secundum stylum Summi Pronocationem Iudicij distinguitur inter causas diuidas intellectu, et re ipsa. In diuidis intellectu, inquit BERGERVS, cuiusmodi est fundus communis, non minus quam in individuis, verbi causa seruitutibus praedialibus, hypothecis; maior iuuatur beneficio minoris: contra vero in diuidis realiter, id est ipso facto, aut iure, ut sunt actiones personales, diuisis, solus minor restituitur, non item maior, quum hic proprie illius consors nequeat vocari. Nam memini, inquit BERGERVS n) aliquando ipsumsum censuisse senatum, beneficium restitutionis in integrum, quod in causa nominis, eiusdemque sive actui, sive passiu, minori contra praescriptionem termini, sive lapsum fatalium, dabatur, ad coheredes maiores non esse prorogandum, quum nomina ipso iure inter heredes diuisa esse intelligantur, l. 6. C. fam. erit. atque adeo, ratione eorum inita, heredes proprie nec causam communem habere, nec consores dici posse, videantur, Consilio asti 1700.

### §. XXXII.


#### *Continuatio paragraphi antecedentis.*

Quod vero causas exterorum attinet (§. antec.). in his collegia Vitembergensia distinguunt, utrum materia praescriptionis judicialis, sive fatalis individua sit, an diuidua; ita, ut priori casu

F 2 benefici

m) Vid. eius electa disceptationum forensium, tit. 7. obseru. 7. not. 4.  
pag. 232. et 236.

n) in modo nominatis electis discept. for. l. c. pag. 235.



beneficio aetatis maiorem innuari, aiant; posteriorē negent. Idque ob legem secundam Cod. si unus ex plurib. (Vid. §. XXX.) o). Hinc Collegia Vitembergenſia, quando ab exteris consuluntur, aliter sentire, quam si cauſa ad Summum Prouocationum Iudicium perducitur, ipsa eorum responsa quoque nos dubitare non finunt p). Quae quum ita fint, in via iuriſ communis cum iis quoque facio, qui ſtatuunt, in quolibet obueniente caſu, ut iudicium ferri queat, vtrum cauſa diuidua fit, an indiuidua, ad obiectum, ſuper quo lis vertitur, respiciendum eſſe. Id quod hac ratione intelligere debemus: ſi obiectum litis ita comparatum fit, vt minor, qui contra illud auxilio aeratis reſtitutionem impetravit, huius effectum plene ſentire nequeat, niſi eius ſocius vel litis consors maioresſis ſimul reſtituatur, tunc huic quoque reſtitutio prodeſt. Contra ſi minor reſtitutionis beneficio integre perſtruſi poſſit, licet eius ſocius vel litis consors maioresſis non reſtituatur, tunc huic reſtitutio minoris non proficit. Quo circa, ſi de quantitate controverſia agiſterur, cum ea in partes diuidi ac ſeparari poſſit, ambigendum non eſt, reſtitutionis benefici.

o) Vid. IO. HENR. de BERGER l. c. pag. 232. et CHRIST. HENR. de BERGER decif. 335.

p) Sic et verſus Lipſiam Ordo Vitembergenſis, teſte IO. BALTH. de WERNHER in ſelect. obſ. foren. tom. 2, obſ. 400. anno 1721. reſpondit, verb. *Diejenige Opinion, welche propter lapsum fatalium in cauſa aliquoquin diuidua das beneficium minorum denen concurriren- den Maioribus zugeeignet, in denen Rechten nicht gegründet, viel- mehr dem l. 2. C. ſi un. ex plur. gänzlich zuwider.* Porro verſus Magdeburgum anno 1708. Facultas Vitembergenſis, prout teſta- tur IO. HENR. de BERGER par. 2. Supplēm. ad Elec. diſc. for. in additam, pag. 1730. reſpondit verb.: *Denn ob ſie woi dargegen eingewendet, es wäre die cauſa probationis communis maioribus cum minoribus, und müſſe also die reſtitutio in integrum, ſo tenen die Rechte ertheilten, ihnen auch zu ſtatten kommen - - ſo iſt doch aus dem l. vn. C. ſi in comm. ead. cauſ. l. 2. C. ſi un. ex plur. gnugſalm bekannt, quod minoris reſtitutio ſocio in cauſa diuidua non profit, daſſir gegenwärtige Sache als eine Schuld-Forderung allerdingz zu halten - - . Eiusmodi reſponſum verſus Regimen Oldenburgenſe quoque habet WERNHER in obſeru. for. tom. 1. obſ. 112. Et plane ſimilem in modum responderunt iureconsulti Lipſienſes, teſte RIVIN in enunc. iur. tit. 20. num. 98. Adde d. HORN cl. 14. reſp. 3. in fin.*

beneficio solum minorem frui, nec litis confortes maiorennes eodem vti posse. Si de iure aliquo sua natura indiuisibili disceptetur, vbi minoris restitutio, sociis exclusis, plene fieri non possit, illam etiam reliquis prodesse dicendum est. Hinc in fatalibus processus non ipsum fatale, sed obiectum respiciendum est, circa quod fatale versatur, vtrum hoc sit indiuiduum, an diuiduum. Quodsi diuiduum aut eius naturae sit, vt ius minoris, contra neglectionem fatalis auxilio aetatis restituti, saluum erit, et si maior, qui huc vsque communi cum eo nomine litigavit, in posterum a lite repellatur, emolumentum quoque restitutionis minoris ad eius litis consortem maiorensem non pertinet. Vt ecce, si minor et maior viginti quinque annis summan centum aureorum a Sempronio petant et terminum probatorium praeterlabi patiantur, restitutio minoris maiori patrocinari nequit; cum nihilo feciis plene restitui solus minor citra maiorem, quoad partem dimidiā, quoad reliquā vero reus ab actione absolui possit q). Neque obueri potest,

interesse

q) Id optime defendant et rebus iudicatis frabilunt 10. BALTHAS. de WERNHER in *sel. obseru. for. tom. 1. obs. 112.* vbi ordo Vitembergensis anno 1704. respondit verb. *wegen derer übrigen Appellanten conforten aber, so ihre Majorenwürde erreicht, isti gedachte Appellation uefet und erloſchen.* Eodem teste l. c. in *Supplemento*, idem ordo anno 1722. respondit: *dieweil aber dennoch die Meynung, dass die fatalia diuiduum caufsam haben, mit gar bewährten Gründen von vielen Doctoribus längst widerleget und das Gegentheil demonstriret, und behauptet worden;* *Quandoquidem magis ad caufae obiectum respiciendum, quod si diuisum, et omnis est hereditas, fatale processus ipius naturam alterare non valet, folchemach cet.* Et porro AVG. LEYSERVIS in *medit. ad Pand. spec. 61. med. 10.* vbi responsum ICTORUM Vitembergensium mensis Mayo anni 1709. exaratum, sequentia verba continet: *dieweil aber dennoch das denen Minderjährigen verstatte beneficium restitutiovis denen mit ihnen in gleichem Proces stehenden Maiorenibus nicht in allen Sachen, noch bey jedwedem lapu fatalium, sondrem nur alsdenn, wenn das obiectum litis unzertrennlich, mitgetheilet wird, da hingegen, wenn die Sache selbst, wie dthier, wohl getheilet werden mag, die Minderjährigen der Restitutio ganz allein pro rata genüssen;* *So möchte gestalten Sachen nach die Restitutio in integrum nur den Minderjährigen, so viel*

[decorative line separator]

interesse minoris, ut habeat, qui partem sumtuum ferat, quod vero non haberet, si suum litis confortem maiorenem amitteret. Nam in restitutione ipsa causa, in qua facta est, attendi debet, quod haec restituto integra maneat, neutiquam vero incommodum, quod simul indirecte illi se immiscet, curandum est; quum is, qui vult commodum, etiam incommodum sentire debeat <sup>r).</sup> Haec omnia quoque dicenda sunt si de minoris restitutione in integrum contra praescriptionem sermo sit, ut siquidem causa, sive materia praescriptionis sit dividua, ipsa quoque talis esse intelligatur praescriptionis <sup>s).</sup> Quodsi vero causa praescriptionis sit individua, et praescritio pro tali habenda est

viel deren Anteil betrifft, keinesweges aber den andern zu flattet komme. Tandem apud io. HENR. de BERGK in eleff. discept. forens. tit. 7. obf. 7. not. 4. pronuntiatio Facultatis Vitembergenis anno 1709. facta hoc quoque complectitur: Endlich haben die übrigen Kläger sich an dem ihnen auferlegten Beweiss nunmehr versäumet; derowegen Beklagter, was iener ratam anlanget, von der angestellten Klage zu entbinden, immassen wir ihm hiermit davon so weit entbinden und loszehlen. Und hat, in Erwägung, daß vermöge gemeiner Käylerlichen Rechte das beneficium restitutionis in integrum ex capite aetatis contra lapsum fatalium in causa dividua, dafür auch gegenwärtig zu achten, denjenigen conforten, welche die Majorenmitaet erfülltet, nicht zu flattet kommen mag, gedachter übrigen Kläger Suchen angebrachten mafsen auch noch zur Zeit, ehe und bevor deren Anwalt disfalls gebührend excutiret werden, nicht statt.

<sup>r)</sup> Id quod ad sensu suo comprobat AVG. LEYSERVUS l. c. spec. 61. med. 10. nec non 10. BRYNNEMANN ad l. 10. num. 16. D. quemadmodum seru. amitt. Vbi inquit: *In prædio communi posset color esse* (nimur ut minoris restitutio in integrum ex causa aetatis communicetur etiam eiusdem litis conforti maiorenni) *quod minor in communionem incidet, cum quo forte in communione stare nollet.* Sed, an hic color sufficiat, dubita.

<sup>s)</sup> Quemadmodum quoque ex præiudicio liquet, quod BENED. CARPOVIVS in iurispr. forens. par. 2. const. 9. def. 4. hoc modo subiecit: So haben seine hinterlassene Erben, aufn Fall euer Eheweib sie derowegen belangen wird, sich gegen denselbigen mit der Praescription und Verjährung, so viel ihren Anteil anlanget, wol zuschützen, und kan ihr euer fürwenden, daß nemlichen ihre Geschwister zur Zeit ihres Vetern Absterben noch kleine Kinder gewesen, nicht zu flattet kommen, V. R. W.

est. Sic praefatio iuramenti hancce indiuiduitatem efficere creditur, vt saluum ius minorum esse nequeat, nisi maiores simul restituantur; cum maiores et suo et minorum tanquam coherendum nomine istud iuramentum praestare obnoxii fuerint; adeoque tempus restitutionis minoribus concessum conducere etiam natu maioribus assurit t).

### §. XXXIII.

*De eo, quatenus quis, si omnes socii vel litis consortes sint minorennes, ex persona alterius restitutione integrum vti possit?*

Postremum si tertium casum singamus, quod omnes socii vel litis consortes sint minorennes, et quaeratur: num restitutio vni facta, reliquis consortibus minoribus quoque proficit (§. XXVII.)? multum interest, virum illam ex causa restitutionis cum maioribus communi impetraverit; an ex causa minoribus tantum propria (vid. §. XIII.). Ibi ob easdem rationes quoque eadem valere puto, quae supra (§. XXVII.) exposui. Heic vero adhuc respiciendum est, num causa, in qua is restitutionem obtinuit, sit indiuidua, an diuidua. Si causa sit indiuidua, ea locum habent, quae supra (§. XXVIII.) de restitutione minoris in causa indiuidua a me proposita sunt. Quod si causa sit diuidua (vid. §. XXVIII.), nonnulli u) purant, restitutionem vni minorum factam eius consortibus minoribus quoque prodeesse, et quidem primum ob cap. 72. X. de appellationibus. Quod ita se habet: Vna sententia pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium conuolauerit, illius victoria iure communi cacteris suffragatur. si communi iure iuuentur; idemque negotium, et eadem causa defensionis existat. At enim vero hocce capitulum, quod ex iure ciuili romano defumtum est x), tantum loquitur de appellationibus. Appellationis autem plane alia ratio est, quam

¶) Prout a MATTH. COLERO in decisionibus Germaniae, par. 2. decisi. 273. num. 4. Quam sequitur modo laudatus CARPZOVIVS l. c.  
u) prout SFRONTA ODDVS in tr. de restitut. in integr. quaeft. 46. art. 2.  
x) Vid. l. 10. §. 4. D. de appellat. et relat. et t. t. C. sic unus ex plur. appell.

quam restitutionis in integrum ex capite aetatis. Nam appellatio remedium ordinarium est, ex praesunta iniuste sententiae aequaliter etiam maioribus concessum; restitutio autem in integrum ex capite aetatis petitur ob errorem et lapsum, qui in minoribus tantum, non in maioribus toleratur (vid. §.XXX.). Deinde ad *l. vn. C. si in commun. ead. cauſſ.* prouocant. Ast haec lex fruſtra adducitur; quum de hoc cauſo in illa nullus sermo habeatur. Putarem hac in re animaduertendum esse, *num* restitutio communi nomine ab eo, qui eius auxilium impetravit, pe-  
tita ſit, *nec* ne. Si prius, restitutio nē ab eius confortibus minoribus adhuc ratam haberi poſſe, opinor; quia id, quod meo ſimul nomine ab altero geſſum eſt, ratihabere non prohibeοr. Si vero poſterius, restitutio nē ab uno conſorte, ſuo tantum nomine petitam, reliquias quoque prodeſſe, dubito. Idque eam ob cauſam, quia ad petendam restitutio nē in integrum, praefertim in cauſa diuidua, ſpeciali mandato opus eſt *y).* Quod vero heic deficit, et per ratihabitionem adhuc ſuppleri non poſteſt; quum is, qui restitutio nē impetravit, nihil reliquorum nomine geſſit *x).* Itaque conſortes, ex propria ſua ipsius perſona restitutio nē adhuc petere, operam dare debent.

#### §. XXXIII.

#### *Dissertationis conclusio.*

Quod reliquum eſt, poſſem quoque de eo, *quatenus patri ex perſona ſui filiſ familiaris* reſtitutio competat? adhuc differere, ſed, quum hancce queaſtionem iam antehac beatus GEORG. AD.

STRVVIVS a) egregie diſſoluit, illam, ne actu agam, heic omitto, et huic diſſertationi nunc finem conſtituo.

*y) l. 25. §. 1. D. de minor.*

2) Nobis adſtipulantur REINH. BACHOVIVS in *not. et animaduerſ. ad diſputat. HIER. TREVTLERI, diſp. XL, th. 2. lit. D. verb.* hinc etiam eſt, pag. 406. IO. BRVNNEMANNVS ad *l. vn. C. si in commun. ead. cauſſ.* num. 8-10. et IO. IOACH. SCHOEPPFER in *Synopſi iuris priuati romani*, lib. 4. tit. 4. num. 14.

a) in *Syntagm. iur. ciu. exerc. VIII. §. XX.* Add. celeb. FRID. ES. PYFENDORFII obſeruat. iur. uniuers. tom. III. obſ. 212. pag. 573.

CONSPE-

C O N S P E C T U S  
DISSERTATIONIS IN AYGVRALIS.  
DE  
RESTITUTIONE IN INTEGRVM, NVM SIT BENE-  
FICIVM REALE, AN PERSONALE.

Postquam occasio scribendi et propositae quaestio*nis* §. I.  
nec non multiplex verbi restituere significatio §. II.  
atque definitio restitutio*nis* in integrum una cum huius speciebus in-  
dicata est; §. III.  
beneficium iuri*s*, quod restitutio*n* in integrum efficit, in personale et  
reale differtur, restitutio*nemque* in integrum esse beneficium rea-  
le, argumento quodam probatur, §. IV.  
et ulterius adhuc perficitur, §. V.  
Quo facto, successori ex persona lae*s* beneficium restitutio*n* in  
integrum non competere, si ipse lae*s* illo uti noluerit, id quod  
tamen aduersam partem, contra quam restitutio*n* petitur, proba-  
re debere, ostenditur, §. VI.  
et successori tam uniuersali, quam singulari beneficium restitutio*n*  
in integrum ex persona lae*s* competere, variis rationibus de-  
monstratur. §. VII.  
His explicatis, beneficium restitutio*n* in integrum non solum  
alii cedi posse et cum ipsa quoque re, in qua lae*s*io facta est, suc-  
cessori cessum praesum*t*, docetur; §. VIII.  
licet, ut cessio fiat, non semper necesse sit; §. VIII.  
sed etiam dicta et probata exemplo quodam illustrantur. §. X. XI.  
XII.  
Post haec de quaestione: vtrum fidei*u*ssori ex persona debitoris  
principalis beneficium restitutio*n* in integrum competit? distinc*t*e  
natur, et quidem habita debitoris principalis tam maioren-  
nis §. XIII.  
quam

quam minorenis ratione. *Vbi*, huius praeferim intuitu, causa  
restitutio*n*is ei cum maiorenibus communis, ab ea, quae eius per-  
sonae tantum propria est, discernitur. §. XIII.

Posteaquam haec distinc*t*io contra EMVNDVM MERILLIVM defensa  
est, §. XV.

Secundum illam dict*a* quaest*o* diligenter pleniusque cognoscitur.  
§. XVI. XVII. XVIII. XVIII. XX. XXI. XXII. XXIII.  
XXIII. et XXV.

Postremum quaest*o*: quatenus socio vel litis consorti ex persona  
sui socii vel litis consortis restitutio in integrum indulgenda sit?  
tractatur. *Vbi* primum locii et litis consorts definiuntur  
§. XXVI.

et deinceps dict*a* quaest*o* cum discrimine inter solos maioren-  
nes, §. XXVII.

maiores et minores, §. XXVIII. XXVIII. XXX. XXXI. et  
XXXII.

atque solos minores diuidatur, §. XXXIII.  
dissertationique finis imponitur. §. XXXIII.

---

### E R R A T A.

- Pag. 4. lin. 14. pro illa lege illo  
— 12. — 14. — laesus — laesum  
— 15. — 18. — viginte — viginti.



Jena, Diss., 1775-77

ULB Halle  
004 216 229

3



1078



**Farbkarte #13**

|             | Blue | Cyan | Yellow | Green | Red   | Magenta | White | 3/Color | Black |
|-------------|------|------|--------|-------|-------|---------|-------|---------|-------|
| Inches      | 1    | 2    | 3      | 4     | 5     | 6       | 7     | 8       | 9     |
| Centimetres | 2.54 | 5.08 | 7.62   | 10.16 | 12.70 | 15.24   | 17.78 | 20.32   | 22.86 |

B.I.G.

N 39

5.79 mm. 25  
1222,2  
AB

DISSESTITVATIONE IN INTEGRVM  
NVM SIT BENEFICIVM REALE  
AN PERSONALE.

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO DVCE AC DOMINO  
DOMINO  
AROLO AVG VSTO  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE  
ET GVESTPHALIAE, REL.  
EX DECRETO ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE  
O. LUDOVICO SCHMIDIO  
VR. DOCT. PANDECT. PROF. PVBL. ORDIN. SERENISS. DVC.  
COBVRC. MEINING. CONSIL. AVL. CVR. PROV. SAX. COMM.  
IVRECONS. ORDIN. ET SCABINOR. COLL. ADSESSORE

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS  
ET HONORIBVS CONSEQUENDIS  
D. VIII. OCT. C150 CCLXXVII.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR  
STVS VALENTINVS IOHANNES PHILIPPI  
REGISCVRIANO WVRCEBVRGENSIS.

IENAE  
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

